Anno dni .m. cccc liiij. ligatus e is liber p fr[?] ... frem Matthiam haldenhof suppore ... wien

... de somno ... de Arwlerio ... Judei Tractatus de quadrante. Item Theorica Planetarum — 1295

[illegible]

Nel meneas [illegible]

Ecce flumen [illegible] hic [illegible]

Jesus [illegible]

[illegible] os omnes [illegible]

[illegible] vel [illegible] codex vel [illegible]

[illegible] bene facm [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

· Iste liber est conventus wienn. ordinis fratrum predicatorum Emptus pro v gross.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Bonorum honorabilium noticiam opinantes, magis autem alteram altera aut secundum certitudinem aut ex eo quod meliorum quidem et mirabiliorum est, propter utraque hec anime historiam rationabiliter utique ponemus in primis. Videtur autem et ad veritatem omnem cognitio ipsius multum proficere, maxime autem ad naturam; est enim tamquam principium animalium. Inquirimus autem considerare et cognoscere naturam ipsius et substantiam, postea quecumque accidunt circa ipsam; quorum alie quidem proprie passiones anime esse videntur, alie autem communes quasi et animalibus inesse. Omnino autem et penitus difficillimorum est accipere aliquam fidem de ipsa. Cum enim sit questio communis et multis aliis, dico autem eius que est circa substantiam et eius quod quid est, forsitan utique alicui videbitur una quedam scientia esse de omnibus de quibus volumus cognoscere substantiam, sicut et eorum que sunt accidentia propria demonstratio. Quare querendum est istam. Si vero non est una quedam et communis circa ipsum quod quid est methodus, adhuc difficilius fit negociari; oportebit enim accipere circa unumquodque quis sit modus. Si autem manifestum fuerit utrum demonstratio quedam sit an divisio aut et alia quedam methodus, adhuc multas habet dubitationes et errores ex quibus oportet querere; alia enim aliorum principia, ut numerorum et planorum. Primum autem forsitan necessarium est dividere in quo genere et quid sit; dico autem utrum hoc aliquid et substantia aut quale aut quantum aut et quedam alia divisorum predicamentorum. Adhuc autem utrum eorum que sunt in potentia aut magis endelechia quedam; differt enim non parum. Considerandum autem et si partibilis aut impartibilis, et utrum similis specie omnis anima aut non. Si autem non similis specie, utrum differt specie aut genere. Nunc enim dicentes et querentes de anima humana solum videntur intendere. Considerandum autem quatenus non lateat utrum una ratio ipsius sit, sicut animalis, aut secundum unumquodque altera, ut equi, canis, hominis, dei, animal autem universale aut nichil est aut posterius. Similiter autem et si aliquod commune predicetur. Amplius autem si non multe [illegible]

[illegible]

[illegible]

... partes uniuscuiusque ... totam animam an partes. Difficile autem determinare et harum quales

nate sunt differre ab invicem, et utrum partes prius querere oportet aut opera ipsarum, ut intel-

ligere aut intellectum et sentire aut sensitivum. Si autem opera prius, iterum aliquis

dubitabit utique si opposita prius hiis considerandum, ut sensibile

sensitivo et intelligibile intellectivo. Videtur autem non solum quod quid est cognoscere utile esse ad

considerandum causas accidentium in substantiis, sicut in mathematicis quid rectum et quid obliquum aut quid

linea et planum. Ad cognoscendum quot rectis anguli trianguli sint equales, sed et e converso

accidentia conferunt magnam partem ad cognoscendum quod quid est. Cum enim habeamus tradere

secundum fantasiam de accidentibus aut omnibus aut pluribus, tunc et de substantia habebimus dicere

optime. Omnis enim demonstrationis principium quod quid est. Quare secundum quascumque diffinitiones

non contingit accidentia cognoscere, sed neque conicere de ipsis facile,

manifestum est quod dyalectice dicte sunt omnes et vane. Dubitationem autem

habent et passiones anime, utrum sint omnes communes et habentis, an sit aliqua et anime

ipsius propria. Hoc enim accipere quidem necessarium est, non autem leve. Videtur autem in pluribus quidem

nichil sine corpore pati neque facere, ut irasci, confidere, desiderare et omnino sentire.

Maxime autem proprium assimilatur intelligere. Si autem est et hoc fantasia quedam aut non sine

fantasia, non contingit utique neque hoc sine corpore esse. Si quidem igitur est aliquid anime

operum aut passionum proprium, contingit utique ipsam separari. Si vero nullum est proprium ipsius, non

erit utique separabilis, sed sicut recto inquantum rectum multa accidunt, ut tangere

eneam speram secundum punctum, non tamen tanget hoc separatum rectum; inseparabile enim

siquidem cum aliquo corpore est. Videntur autem et anime passiones omnes esse

cum corpore, ira, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, adhuc gaudium et amare

et odire. Simul enim hiis patitur aliquid corpus. Indicat autem hoc aliquando quidem

fortibus et manifestis passionibus accidentibus nichil exasperari aut timere,

aliquando autem a parvis et debilibus moveri corpus, cum turgescit et sic se habet sicut

cum irascitur. Adhuc autem magis hoc est manifestum. Nullo enim terribili

accidente in passionibus fiunt timentis. Si autem sic se habet,

manifestum est quod passiones rationes in materia sunt. Quare termini tales ...

~~tales ut irasci motus quidam corporis ...~~

Dubitationem ... [illegible]

[illegible]

[illegible]

~~[illegible]~~ ut valet esse motus quidam corporis huiusmodi aut partis ab hoc ut gratia huius. Et propter hoc iam physici est considerare de anima aut omni aut huius. Differenter autem diffinient physicus et dialecticus unumquodque ipsorum ut ira quid est. Hic quidem enim appetitum recontristationis aut aliquid huiusmodi. Ille autem accensionem sanguinis et eius quod circa cor et caloris. Horum autem alter physicus assignat materiam, hic vero speciem et rationem. Ratio quidem enim haec species rei. Necesse est autem hanc esse in materia huiusmodi si erit. Sicut domus ratio quidem huiusmodi quia cooperimentum prohibens corrumpi a ventis et imbribus et caumatibus. Hic autem dicit lapides et lateres et ligna. Alius autem in hiis speciem propter haec. Quis igitur physicus horum? Utrum qui circa materiam rationem autem ignorans, aut qui circa rationem solum, aut magis qui ex utrisque? Ille autem quis utrorumque? Aut non est quis circa passiones materiae non separabiles neque inquantum separabiles? Sed physicus circa omnia quaecumque talis corporis et talis materiae opera et passiones sunt. Quaecumque autem non sunt talia alius, et de quibusdam quidem artifex si contingit, ut aedificator aut medicus. Non separabilium quidem sed inquantum talis corporis passiones et ex abstractione mathematicus. Inquantum autem separabilia sunt primus philosophus. Sed redeundum unde sermo. Dicebamus autem quod passiones animae non separabiles sunt a physica materia animalium inquantum huiusmodi sunt desiderium et timor, et non sicut linea et planum. Inquirentes autem de anima necesse est simul dubitantes de quibus bene dubitare oportet antiquorum priorum opiniones comprehendere quicumque de ipsa aliquid enuntiaverunt, ut quae bene dicta sunt accipiamus. Si quid autem non bene, vereamur.

Principium autem quaestionis est apponere quae maxime videntur ipsi inesse secundum naturam. Animatum igitur ab inanimato duobus maxime differre videtur, motu et sensu. Accepimus autem a progenitoribus fere duo haec de anima. Dicunt enim quidam et maxime et primum animam esse id quod est movens. Existimantes autem quod non movetur ipsum non contingere movere alterum, eorum quae moventur aliquid animam arbitrati sunt esse. Unde Democritus quidem ignem quendam et calorem dicit esse ipsam. Infinitis enim existentibus figuris et athomis, quae sphaerica ignem et animam dicit, ut in aere motas quae vocantur decisiones quae videntur per fenestras in radiis, quarum omnem seminum plenitudinem dicit Democritus totius naturae elementa. Similiter autem et Leucippus. Horum autem sphaerica corpora animam, propter id quod maxime movere possunt omne

[illegible]

[illegible]

[illegible]

... figuris et motu. Reliqua autem arbitrantes animam esse ... animalibus motum. Unde et vivendi terminum esse respirationem; comprimente enim eo quod continet corpora, et extrudente indivisibilium figuras que prebent animalibus motum, propter id quod neque ipse quiescunt umquam, auxilium fieri de foris ingredientibus aliis huiusmodi in respirando; prohibere enim hec et que insunt animalibus disgregari, contranitentes comprimenti et firmanti; et vivere autem quousque possunt hoc facere. Videtur autem et a Pythagoricis dictum eandem habere intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipsorum animam esse que in aere decisiones; alii autem has moventem. De his autem dictum est quoniam continue videntur moveri et si sit tranquillitas omnino. In idem autem feruntur et quicumque dicunt animam quod seipsum movens. Videntur enim hi omnes existimare motum maxime proprium esse anime, et alia quidem omnia moveri propter animam, ipsam autem a se moveri, propter id quod nihil videant movens quod non et ipsum moveatur. Similiter autem et Anaxagoras animam dicit esse moventem, et si aliquis alius dixit quod omne movet intellectus, non tamen omnino sicut Democritus. Ille quidem enim simpliciter dicit idem esse animam et intellectum. Verum enim esse quod videtur. Unde bene fecit Homerus quod Hector iacet ... Non enim utitur intellectu sicut potentia quadam que est circa veritatem, sed idem dicit animam et intellectum. Anaxagoras autem minus certificat de ipsis. Multotiens autem causam eius quod est bene et recte intellectum dicit, alibi autem intellectum dicit esse animam. In omnibus enim ipsum inesse animalibus, et magnis et parvis et honorabilibus et inhonorabilibus. Non videtur autem secundum prudentiam dictus intellectus omnibus similiter inesse animalibus, sed neque omnibus hominibus. Quicumque quidem igitur ad moveri animatum aspexerunt, hii quidem maxime motivum opinati sunt animam esse. Quicumque autem ad cognoscere et sentire eorum que sunt, hii dicunt animam principia, alii quidem plura facientes hec, alii vero unum hec. Sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus, esse autem et unumquodque horum animam dicens sic: Terram quidem terra aspicimus, etherem ethere, aquam autem aqua, igne vero ignem manifestum est, concordia autem concordiam, discordia discordiam. Eodem autem modo et Plato in Thimeo animam facit ex elementis. Cognosci enim simili simile, res autem ex principiis esse. Similiter autem et in hiis que de philosophia ...

[illegible]

[illegible]

3

diffinitum est: ipsum autem unum primam ideam, et reliqua latitudine longitudine et altitudine; alia autem similiter modo. Adhuc autem aliter: intellectum unum, scientiam autem duo. Simpliciter enim ad unum; planorum autem numerum opinionem, sensum autem eum qui est solidi. Numeri quidem enim species ipsae et principia dicebantur; sunt autem ex elementis. Iudicantur autem res aliae quidem intellectu, aliae vero scientia, aliae autem opinione, aliae vero sensu. Species autem numeri hi sunt rerum. Quoniam autem et motivum videbatur anima esse et cognoscitivum, sic quidam complexi sunt ex utrisque, enuntiantes animam numerum moventem se ipsum. Differunt autem de principiis quae et quot, maxime quidem corporea facientes ab incorporea; his autem miscentes et ab utrisque principia enuntiantes. Differunt autem et de multitudine: hi quidem unum, illi vero plura dicunt. Consequenter autem his et animam assignant. Motivum enim secundum naturam primorum existimaverunt non irrationabiliter. Unde visum est quibusdam ignem esse; et enim hic subtilissimus est et maxime elementorum incorporeus. Adhuc autem movetur et movet primo alia. Democritus autem subtilius dixit enuntians propter quid utrumque horum: animam enim idem et intellectum. Illud autem ex primis et indivisibilibus corporibus. Motivum autem propter subtilitatem partium et figuram; figurarum autem eam quae facile mobilis est sphaericam dicit. Huiusmodi autem intellectum esse et ignem. Anaxagoras autem videtur quidem alterum dicere animam et intellectum, sicut diximus prius; utitur autem utrisque sicut una natura. Praeter quod intellectum ponit principium maxime omnium. Solum enim dicit ipsum entium quod simplex est et immixtum et purum. Assignat autem utraque eidem principio, cognoscere et movere, dicens intellectum movere omne. Videtur autem et Thales ex quibus reminiscuntur motivum quiddam animam opinari, si quidem lapidem dixit animam habere, quoniam ferrum movet. Diogenes autem sicut et alii quidam aerem hunc opinatus est omnium subtilissimum esse et principium; et propter hoc cognoscere et movere animam. Secundum quod quidem primum est et ex hoc reliqua, cognoscere; secundum vero quod subtilissimum, motivum esse. Heraclitus autem principium esse dicit animam, siquidem vaporem ex quo alia constituit. Et incorporalissimum autem et fluens semper. Quod vero movetur moto cognosci. In motu autem [illegible]

[illegible]

[illegible]

esse quod sit et ille arbitratus est et multi alii. Sicut autem et Ypus (Alcmeon?)
opinari videtur esse de anima. Dicit enim ipsam immortalem esse propter hoc quod assimilatur
immortalibus; hoc autem inesse ipsi tamquam moveri semper. Moventur enim divi-
na omnia continue semper, lunam et solem et astra et totum celum. Grossiorum autem quidam
et aquam quidam enunciaverunt, ut Ypus. Suadere enim videtur ex genitura
quoniam omnium humida est. Et namque arguit sanguinem dicentes animam, quoniam
genitura non est sanguis; hanc autem esse primam dicit aquam. Alii autem san-
guinem, sicut Critias, quemadmodum sentire maxime anime proprium opi-
nantes; hoc autem inesse propter naturam sanguinis. Omnia autem elementa preter terram iu-
dicem acceperunt. Hanc enim nullus pronunciavit, nisi si aliquis dixerit ipsam esse ex
omnibus elementis aut omnia, sicut per inpositionem Empedocles.

Diffiniunt autem omnes animam tribus, ut est dicere: motu, sensu, incorporeo.
Horum autem unumquodque reducitur ad principia. Unde et cognoscendo diffinientes ipsam
aut elementum aut ex elementis faciunt, dicentes similiter invicem preter unum. Dicunt enim simile
simili. Nam cum anima omnia cognoscat, constituunt eam ex omnibus principiis. Quicumque
igitur quidem unam aliquam dicunt causam et elementum unum, et animam ponunt unum, ut ig-
nem aut aerem. Plura vero dicentes principia, et animam plura dicunt. Anaxagoras autem
solus impassibilem dicit intellectum et commune nichil nulli aliorum habere. Huiusmodi
autem cum sit, quomodo cognoscet et propter quam causam, nec ille dixit nec ex hiis que dicta
sunt manifestum est. Quecumque autem contrarietates faciunt in principiis, et animam ex con-
trariis constituunt. Quecumque autem alterum contrariorum, ut calidum aut frigidum
aut aliquid huiusmodi, aliud et animam similiter unum aliquid horum ponunt. Unde et nomina
consequuntur. Hii quidem calorem dicentes propter hoc et vivere nominatum est. Qui
autem frigidum, propter respirationem vocant animam. Tradita quidem igitur de anima et
cause propter quas dicunt esse hec sunt.

Considerandum autem quidem primum de motu. Fortassis enim non solum falsum est substan-
tiam eius esse talem quam dicunt animam esse hoc quod est se ipsum mo-
vens aut possibile moveri, sed unum quoddam impossibilium est inesse ipsi motum.
Quod quidem igitur non necesse sit movens ipsum et moveri prius dictum est.

[illegible]

[illegible] ... ignis ... et illud quod deorsum ... [illegible]

Amplius ... [illegible]

Dupliciter autem movetur omne: aut enim secundum alterum aut secundum se ipsum. Secundum alterum autem dicimus quecumque moventur eo quod in movente sunt, ut naute. Non enim similiter moventur navi; hec quidem enim secundum se ipsam movetur, illi autem eo quod in eo quod movetur sunt. Manifestum autem est in partibus: proprius enim quidam est pedum motus ambulatio, hic autem et hominum est; non inest autem nautis tunc. Dupliciter autem cum dicatur moveri, nunc intendimus de anima si secundum se ipsam movetur et si participat motu. Quatuor autem cum sint motus, loci mutationis, alterationis, augmenti et decrementi, aut secundum unum horum movebitur aut secundum plures aut omnes. Si vero non movetur secundum accidens, natura inerit motus ipsi. Si autem hoc, et locus; omnes enim dicti motus in loco sunt. Si autem est substantia anime movere se ipsam, non secundum accidens moveri ipsi inerit sicut albo aut tricubito. Moventur enim et hec, sed secundum accidens; cuius enim insunt movetur illud corpus; unde non est locus ipsorum. Anime autem erit locus siquidem motu participat. Amplius autem si natura movetur, et violentia movebitur; et si violentia, et natura. Eodem autem modo se habet de quiete. In quo enim movetur natura, et quiescit in hoc natura. In quo violentia, quiescit in hoc violentia. Quales autem violenti motus anime erunt et quietes, neque fingere volentibus facile reddere. Amplius autem si quidem sursum movebitur, aliqui ignis erit; si vero deorsum, terra; horum enim corporum motus sunt hii. Eadem autem ratio et de mediis. Amplius autem quoniam videtur movere anima corpus, rationabile est hos movere motus quos et ipsa movetur. Si autem hoc, et convertentibus dicere verum quoniam quo corpus movetur, hoc et ipsa. Corpus autem movetur loci mutatione; quare et anima movebitur secundum corpus aut totum aut secundum partes transmutans. Si autem hoc contingit, et exeuntem iterum ingredi; ad hoc autem sequitur resurgere mortua animalia. Motum autem qui secundum accidens, et si ab alio moveatur; expelletur enim violenter animal. Non oportet autem cui in substantia ipso inest a se ipso moveri, hoc ab alio moveri nisi secundum accidens. Sicut neque quod secundum se bonum est aut propter se ipsum, appetibile; hoc quidem propter aliud esse, hoc autem alterius gratia. Animam autem dicet utique aliquis a sensibilibus moveri. At vero et si movet ipsa se ipsam, et ipsa movebitur utique. Quare si omnis motus existentia est eius quod movetur secundum quod movetur, et anima distabit utique a substantia ipsius secundum se ipsam, nisi secundum accidens se ipsam moveat.

[illegible]

[illegible]

Quidam autem et movere animam dicunt corpus in quo est sicut ipsa movetur, ut De-
mocritus, similiter dicens Philippo comicorum didascalo. Ait enim Dedalum
mobilem fecisse ligneam Venerem infundentem argentum fusile. Similiter autem et Democritus
dicit. Moventes enim indivisibiles speras eo quod apte nate sunt nusquam manere
contrahere et movere corpus omne. Nos autem interrogabimus si et haec ipsa fa-
ciant hoc quidem. Quomodo autem faciet difficile et impossibile est dicere.
Omnino autem non sic videtur anima movere animal, sed per voluntatem quandam et intellectum.
Eodem autem modo et Thimeus phisiologizat animam movere corpus. Eo enim quod est
movetur ipsam et corpus movet, eo quod complexa est ad ipsum. Constitutam
enim ex elementis et distributam secundum armonicos numeros, quatinus sensum connaturalem armonie
habeat et ut omne feratur secundum consonantes motus, dispositionem in circulum re-
flexit, et dividens ex uno in duos circulos dupliciter coordinatos, iterum
unum divisit in septem circulos, tamquam sint celi motus anime motus.

Primum quidem igitur non est bene dicere animam magnitudinem esse.
Animam enim que omnis talem esse vult qualis est aliquando vocatus intellectus.
Non enim velud sensitivam est neque ut desiderativam. Horum enim motus non circulatio est.
Intellectus autem unus et continuus est sicut et sua operatio intelligentia. In-
telligentia vero intellectualia obiecta. Hec autem consequenter sunt unum sicut numerus,
sed non sicut magnitudo. Unde neque intellectus sic est continuus, sed aut imparti-
bilis aut non sicut magnitudo aliqua continua. Qualiter enim intelli-
get magnitudo existens sic in quolibet partium? aut secundum magnitudinem aut secundum punctum?
Si oportet et hoc partem dicere. Si quidem igitur secundum punctum, hec autem infinita sunt,
manifestum autem est quoniam nequaquam pertransibit. Si vero secundum magni-
tudinem multotiens aut infinities intelliget idem. Videtur autem et semel contingere.
Si autem est sufficiens quolibet partium tangere, quid oportet circulum moveri aut omnino
magnitudinem habere? Si autem necessarium est intellectum tangere circulo toto,
que erit partium tactus? Amplius autem quomodo intelliget partibile impartibili
aut impartibile partibili? Necesse autem est intellectum esse circulum hunc.

[illegible]

[illegible commentary, upper block]

Intellectus quidem motus est intelligentia, circuli autem circulatio est. Si ergo intelligentia
circulatio est, intellectus utique erit circulus, cuius huiusmodi circulatio sit intelligentia.
Semper autem quid intelliget? Oportet enim, siquidem perpetua est circulatio. Practici
enim quidem intellectus termini sunt, omnes enim alterius gratia sunt. Speculativi autem
rationibus similiter terminantur. Ratio autem omnis diffinitio est aut demonstratio. Demonstrationes
sunt et a principio et habent quodammodo finem, sillogismum aut conclusionem. Si autem
non concludunt, sed non reflectuntur iterum in principium, accipientes semper medium et
ultimum, recte procedunt. Circulatio autem iterum in principium reflectitur. Diffi-
finitiones autem omnes finite sunt. Amplius autem si eadem circulatio est,
oportebit intelligere multotiens idem. Adhuc autem intelligentia assimilatur
cuidam quieti et statui magis quam motui. Eodem autem modo et sillogismus. At
vero neque beatum quod non facile sed violentum. Si autem motus ipsius non est substantia,
preter naturam utique movebitur. Laboriosum autem est et misceri corpori non posse
absolvi, et adhuc fugiendum, siquidem melius est intellectui non esse cum
corpore, quemadmodum consuetum est dici et multis videtur. Immanifesta
autem et causa circulo ferendi celum, neque enim anime substantia causa circulo
ferri, sed secundum accidens sic movetur, neque corpus causa, sed anima magis illi.
At vero neque quia melius dicitur, et quidem oportebat deum propter
hoc circulariter ferri animam facere, quoniam melius ipsi moveri quam
quiescere, moveri autem sic quam aliter. Quoniam autem huiusmodi intentio
alterius est orationis, dimittamus eam ad presens. Illud autem inconveniens
accidit et huic rationi et pluribus que de anima sunt: copulant enim et ponunt
in corpore animam, nichil determinantes propter quam causam et quomodo se habente
corpore. Et tamen hoc videbitur necessarium esse; propter communionem enim hoc quidem
agit, hoc autem patitur, et hoc quidem movetur, illud autem movet.
Horum autem nichil inest ad invicem contingentibus. Hii autem solum co-
nantur dicere quale quid sit anima. De suscipiente autem corpore adhuc
nichil determinant, tanquam contingens sit secundum pythagoricas fabulas
quamlibet animam in quodlibet corpus ingredi. Videtur enim unumquodque [illegible]

[illegible commentary, lower block]

[illegible]

[illegible commentary]

Sic si aliquis dicat textoriam uel edificare. Forte enim melius quidem est non dicere animam

misereri aut addiscere aut intelligere, sed hominem anima.

Alia autem opinio quedam tradita est de anima credibilis quidem multis et

nulla minor hiis que dicte sunt. Rationes autem tamquam dictas reddens

et in communi factis sermonibus; armoniam quandam dicunt. Etenim armoniam temperamentum

et contrariorum esse et compositionem corporis componi ex contrariis. Et quidem armonia quedam ratio compositorum

est aut compositio; animam autem neutrum possibile est horum esse. Amplius autem mouere

non est armonie, anime autem attribuunt hoc omnes. Congruit autem magis de sanitate

dicere armoniam et omnino de corporeis uirtutibus quam de anima. Manifestum

est autem si aliquis reddere temptauerit passiones et opera anime armonie cuidam; difficile

enim adaptare. Amplius autem si dicimus armoniam in duo respicientes maxime

quidem proprie magnitudinum in quibus et habentibus motum et positionem compositionem

ipsorum cum sic congruunt ut nullum congeneum recipiant; hinc autem et

rationem que commixtorum est. Neutro quidem igitur modo rationabile est; compositio autem partium

corporis ualde inuestigabilis est. Multe enim et multipliciter compositiones partium

sunt. Cuius igitur aut quomodo oportet suscipere intellectum compositionem

esse aut sensitiuum aut appetitiuum. Similiter autem et inconueniens est et rationem

mixtionis esse animam. Non enim eandem habet rationem mixtio elementorum secundum quam caro et

secundum quam os. Accidit igitur multas habere animas et secundum omne corpus, siquidem omnia

ex elementis commixta sunt, commixtionis autem ratio armonia et anima est. Inuestigabit

hec utique aliquis ab Empedocle; unumquodque enim horum ratione quadam dicit esse.

Utrum igitur ratio anima est, aut magis altera aliqua existens fit in membris? Amplius

autem utrum amicitia commixtionis causa est, sicut contingit, aut que est secundum rationem?

Et hec utrum ratio est aut alterum aliquid preter rationem? Hec quidem igitur habent huiusmodi

dubitationes. Si uero altera anima est a mixtione, quare simul cum carnis esse

interimitur et aliarum partium animalis? Adhuc autem si quidem unaqueque

partium animam non habet, si non est anima ratio mixtionis, quid est quod corrumpitur anima

deficiente? Quod quidem igitur neque armoniam possibile est animam esse neque circulariter

moueri, manifestum est ex dictis. Secundum accidens autem moueri, sicut diximus, est

[illegible]

[illegible commentary]

[illegible]

et movetur secundum ipsam ut motum quidem in quo est. hoc autem motum est ab alio.

Aliter autem non est possibile secundum locum moveri ipsam.

Rationabilius autem non dubitabit aliquis utique de ipsa talia ex motibus ipsius

respiciens. Dicimus enim animam tristari gaudere confidere timere. Amplius

autem irasci sentire intelligere. Haec autem omnia motus esse videntur. Unde opinabitur

aliquis ipsam moveri. hoc autem non est necesse. Si enim et maxime tristari aut gaudere aut intelligere

motus sunt et unumquodque moveri horum, moveri autem est ab anima, ut irasci aut timere

eo quod cor sic movetur. Intelligere autem forte hoc est aut alterum aliquid horum.

Horum autem accidunt alia quidem secundum loci mutationem quorundam motorum, alia autem

secundum alterationem. Qualia autem et quomodo, alius sermo est. Dicere autem irasci

animam simile est ac si aliquis dicat animam texere vel aedificare. Melius autem forte

enim est non dicere animam misereri aut addiscere aut intelligere, sed hominem anima. Hoc autem

non tamquam in illa motu existente, sed aliquando quidem usque ad illam, aliquando autem ab illa, ut sensus

quidem ab istis, reminiscentia autem ab illa ad motus aut quietes qui sunt in sensitivis organis aut

quietes. Intellectus autem videtur innasci substantia quaedam ens et non corrumpi. Maxime enim cor-

rumperetur utique ab ea quae in senectute debilitate; nunc autem forte quemadmodum in sensibilibus

accidit hoc. Si enim accipiat senex oculum huiusmodi, videbit utique sicut et iu-

venis. Quare senectus est non in patiendo aliquid animam, sed illud in quo est, sicut in

ebrietatibus et infirmitatibus. Et intelligere autem et considerare animam consumuntur alio

quodam interius corrupto, ipsum autem impassibile est. Intelligere autem et amare vel

odire non sunt illius passiones, sed huius habentis illud secundum quod habet illud. Unde et hoc

corrupto neque reminiscitur neque amat. Non enim illius erant, sed communis quod

destructum est. Intellectus autem forsitan divinius aliquid et impassibile est. Quod

quidem igitur non possibile moveri animam manifestum est ex his. Si autem omnino non movetur,

Multo autem omnium dictorum irrationabilius. Manifestum autem neque a se ipsa

animam esse numerum moventem se ipsam. Insunt enim hic impossibilia, primo

quidem quae ex moveri accidunt, propria autem ex dicere ipsam esse numerum. Quomodo enim

oportet intelligere unitatem motam, et a quo, et quomodo, impartibilem et indifferentem existentem?

Si enim est motiva et mobilis, differre oportet. Amplius autem quoniam dicunt

[illegible]

linea mota planum facit, punctum autem lineam, et unitatum motus lineae erunt. Punctus enim unitas est positionem habens. Anime autem numerus alicubi est et positionem habet. Amplius autem a numero si auferatur numerus aut unitas, relinquitur alius numerus. Plante autem et animalium multa divisa vivunt et videntur eandem animam habere specie. Videbitur autem utique nichil differre dicere unitates aut corpuscula parva. Etenim si ex democriti speralis fiunt puncta, solum autem maneat quantitas, aliquid erit in ipso hoc quidem movens illud vero quod movetur sicut in magnitudine. Non enim propter hoc quod est magnitudine differre aut parvitate accidit hoc quod dictum est, sed quia quantum. Unde necesse est aliquid esse motivum unitatum. Si autem in animalibus movens anima est, et in numero. Quare non movens et quod movetur anima est, sed sicut movens solum. Contingit autem quomodo unitatem hanc unitatem esse? Oportet enim ipsi inesse quandam differentiam ad alias. Puncti autem solitarii que utique differentia erit nisi positio? Si quidem igitur insunt in corpore alie unitates et puncta, in eodem erunt unitates. Obtinebit enim locum puncti. Et tamen quid prohibet in eodem esse si due sunt et infinite? Quorum enim locus indivisibilis est et ipsa. Si autem in corpore punctorum numerus anima est, sive si hic qui in corpore punctorum numerus anima est, quare non omnia habent animam corpora? Puncta enim videntur in omnibus esse et infinita. Amplius autem quomodo possibile est separari puncta et absolvi a corporibus? Si quidem non dividuntur linee in puncta. Accidit autem sicut diximus, si quidem velle dicere corpus quoddam subtilium partium ipsam ponentibus. Hoc autem sicut democritus moveri vult dicere ab anima, proprium inconveniens. Siquidem enim est anima in omni eo quod sentit corpore, necesse est in eodem esse duo corpora, si corpus aliquod anima est. Numerum autem dicentibus in uno loco puncta multa aut omne corpus habere animam, nisi quidam non differens fiat alius ab his que in corpore sunt punctis. Accidit et animal corpus moveri a numero, sicut et democritus dixit ipsum movere. Quid enim differt dicere speras parvas aut unitates magnas aut omnino unitates ferri? Utrobique enim necesse est movere animal in moveri eo quod moventur ista. Complectentibus igitur in idem motum et numerum quod

[illegible]

Accidit autem et multa alia. Sed est diffinitionem animae impossibile esse hoc
sed et accidens. Manifestum autem si quis ab hac ratione conatur passiones
et opera animae reddere, ut ratiocinationes, sensus, voluptates, tristitias et quecumque alia
huiusmodi. Sicut enim diximus prius, neque divinare facile est ex hiis.

Tribus autem modis tradunt hiis quos diffiniunt animam: alii quidem maxime motivum
pronunciaverunt in movendo se ipsum, alii autem corpus subtilissimum aut
incorporalissimum aliorum. Hec autem quasdam dubitationes et contrarietates habent
pertransivimus fere. Relinquitur autem considerare quomodo dicitur ex elementis esse
animam, ut sentiat ea que sunt et unumquodque cognoscat. Necesse autem
est accidere multa et impossibilia. Ponunt enim cognoscere simile simili tamquam
animam res ponentes. Non sunt autem hec sola, multa vero et alia,
magis autem fortassis infinita numero ea que sunt ex hiis ex quibus. Ergo est unumquodque
ex quibus hoc cognoscere animam et sentire. Sed qua composita quid cognoscet
aut sentiet, ut compositum quid deus aut homo aut caro aut os, similiter autem et quodlibet aliud compositorum. Non enim quolibet modo se
habentia elementa unumquodque horum, sed ratione quadam et compositione, quemadmodum
dicit Empedocles os: Terra autem in amplis dispensationibus duas
de octo partibus sortita est nitidae, quatuor autem Vulcani; ossa autem alba facta
sunt. Nihil igitur perfectius est esse in anima elementa nisi et rationes inerunt et
compositio. Cognoscet autem unumquodque simile; os autem aut hominem nihil, nisi
et hec inerunt. Hoc autem quod impossibile sit nihil oportet dicere: quis enim dubitabit
si inest in anima lapis aut homo? Similiter autem et bonum et non bonum, eodem autem modo
et in aliis. Amplius autem cum multipliciter dicatur ens (significat enim hoc quidem hoc aliquid, aliud autem
quantitatem aut qualitatem aut quandam aliam divisorum predicamentorum),
utrum ex omnibus erit anima aut non? Sed non videntur omnibus communia esse elementa. Utrum igitur
substantiae solum ex hiis? Quomodo igitur cognoscet et aliorum unumquodque? An dicunt
unius cuiusque generis esse elementa et principia propria, ex quibus animam constare?

Erit igitur qualitas et quantitas et substantia; impossibile autem est ex qualitatibus et quantitatibus
elementis substantiam esse. Dicentibus utique ex omnibus hec et huiusmodi alia accidunt.

[illegible]

Inconveniens autem est dicere quod impassibile est simile a simili. Sentire autem pati aliquid et moveri ponunt. Similiter autem et intelligere et cognoscere. Multas autem dubitationes et difficultates habere ipso dicente sicut Empedocles corporeis elementis singula cognoscere et aliqui sicut testatur quod nunc dictum est. Quecumque enim sunt in animalium corporibus simpliciter terra ut ossa nervi pili nichil sentire videntur neque similia. Amplius autem unicuique principiorum ignorantia plus quam intelligentia inerit. Contingit enim cognoscere quidem unum, multa autem ignorare; omnia enim alia. Accidit autem Empedocli insipientissimum esse deum.

Solus enim elementorum unum non cognoscet, discordiam. Mortalia autem omnia ex omnibus. Omnino autem propter quam causam non omnia habent animam, quoniam omne aut elementum aut ex elemento uno aut pluribus aut omnibus. Necesse est enim unum aliquid cognoscere aut quedam aut omnia. Dubitabit autem utique aliquis et quid est unum faciens ipsa. Materie enim comparantur elementa. Magis enim principale est illud continens quodcumque sit. Anima autem adhuc aliquid melius esse et adhuc principari impossibile est. Impossibile autem adhuc intellectu. Rationabilissimum autem hoc esse antiquissimum et dominantem secundum naturam. Elementa autem dicunt esse prima entium. Omnes autem et qui ex eo quod sentiunt et cognoscunt omnia, animam dicunt ex elementis; et qui magis motivum, non de omni anima dicunt. Non enim quecumque sentiunt motiva sunt. Videntur enim quedam manentia esse animalium secundum locum; et tamen videtur hoc solo motuum movere anima animal. Similiter autem et quecumque intellectum et sensitivum ex elementis faciunt. Videntur enim plante vivere non participantes loci mutatione neque sensu, et animalium multa intelligentiam non habere. Si autem aliquis et hoc recusaverit et posuerit intellectum partem aliquam anime, similiter autem et sensitivum, neque utique sic dicet de omni anima neque de tota neque de una. Hoc autem sustinuit et qui in Orphicis vocatis carminibus sermo. Dicit enim animam ex toto ingredi respirantibus, latam a ventis. Non est autem possibile plantis hoc accidere neque animalium quibusdam, si quidem non omnia respirant. Hoc autem latuit sic opinantes. Si autem oportet animam facere ex elementis, nichil oportet ex omnibus. Sufficit enim altera pars contrarietatis se ipsam diiudicare et oppositum. Recto enim et

[illegible]

Recto enim et ipsum et obliquum cognoscimus; iudex enim utrorumque canon est; curvum autem neque sui ipsius neque recti. Et in universo quidam ipsam mixtam dicunt, unde forsitan et Thales opinatus est omnia deorum plena esse. Hoc autem habet quasdam dubitationes: propter quam enim causam in aere aut igne anima existens non facit animal, in mixtis autem facit, et hoc cum videatur melior in his esse? Quaeret autem utique aliquis et propter quam causam quae in aere anima est ea quae in animalibus melior est et immortalior. Accidit autem utrobique inconveniens et irrationabile: nam et dicere ignem aut aerem animal esse irrationabilium est, et non dicere animalia cum anima insit in eis inconveniens. Opinati autem videntur animam esse in his quoniam totum partibus similis speciei est. Quare necesse est et ipsis dicere et animam similis speciei esse partibus, si eo quod suscipitur aliquid continentis in animalibus animalia fiunt. Si autem aer quidem discerptus similis speciei, anima autem dissimilium partium, huius quidem aliquid inerit palam, aliud autem non inerit. Necesse est igitur ipsam similium partium esse aut non esse in quacumque parte universi. Manifestum igitur ex dictis est quod neque cognoscere inest animae propter id quod ex elementis est, neque moveri ipsam bene neque vere dicitur.

Quoniam autem cognoscere animae est et sentire et opinari, adhuc autem et concupiscere et deliberare et omnino appetitus; fit autem et secundum locum motus animalibus ab anima, adhuc autem et augmentum et status et decrementum

[illegible]

Utrum autem tota anima unumquodque horum [ut] intelligimus et sentimus et movemur et alia
unumquodque facimus et patimur aut partibus aliis alia. Et vivere utrum in aliquo uno horum
sit uno aut in pluribus aut in omnibus aut alia causa. Dicunt itaque quidam
partibilem ipsam et alio quidem intelligere alio autem concupiscere. Quid igitur continet animam
si partibilis nata est? Non enim corpus; videtur enim e contrario magis anima corpus
continere; exeunte enim ipsa expirat et marcescit. Si igitur alterum aliquid unam
ipsam facit, illud maxime utique erit ipsa anima. Oportebit autem et illud
quaerere utrum unum aut multipartitum. Si enim unum, quare non mox et anima unum?
Si autem divisibile, iterum ratio quaeret quid sit illud continens, et sic utique procedet in infinitum.
Dubitabit autem utique aliquis et de partibus ipsius quam potentiam habet unaquaeque in corpore.
Si enim tota anima omne corpus continet, convenit et partium unamquamque continere aliquid corporis.
Hoc autem assimilatur impossibili; qualem enim partem aut quomodo intellectus continebit difficile
est fingere. Videntur autem et plantae decisae vivere et animalium quaedam insectorum tamquam
eandem habentia animam specie, etsi non numero. Unumquodque enim partium sensum habet et movetur
secundum locum aliquod tempus. Si autem non perseverant, nullum inconveniens est; instrumenta enim non habent ut salvent
naturam. Sed nihilominus in utraque partium omnes insunt partes animae et similis speciei sunt
ad invicem et toti, ad invicem quidem sicut non separabiles, toti autem animae tamquam divisibili existente.
Videtur autem et quod in plantis est principium anima quaedam esse; hoc enim solo communicant et animalia
et plantae, et ipsa quidem separatur a sensitivo principio, sensum autem nullum sine hoc habet.

Quae quidem a prioribus tradita de anima sunt dicta sint. Iterum autem tamquam ex
principio redeamus, temptantes determinare quid est anima et quae utique erit
communissima ratio ipsius. Dicimus itaque genus unum quoddam eorum quae sunt esse
substantiam. Huius autem aliud quidem sicut materiam, quod secundum se non est hoc aliquid; alterum autem
formam et speciem, secundum quam iam dicitur hoc aliquid; et tertium quod ex his. Est autem materia quidem potentia, species autem endelechia. Et hoc quidem
dupliciter: hoc quidem sicut scientia, illud autem sicut considerare. Substantiae autem maxime videntur
esse corpora, et horum physica; haec enim aliorum principia. Physicorum autem alia quidem habent vitam

alia autem vitam non habent. Vitam autem dicimus id quod per se ipsum habet alimentum et augmentum et decrementum. Quare omne corpus physicum participans vita erit substantia, substantia autem sic sicut composita. Quoniam autem est corpus et huiusmodi, vitam enim habens, non utique erit corpus anima. Non enim est corpus eorum quae de subiecto, magis autem sicut subiectum et materia. Necesse ergo est animam substantiam esse sicut speciem corporis physici potentia vitam habentis. Substantia autem actus; huiusmodi igitur corporis actus. Hic autem dicitur dupliciter, aliud quidem sicut scientia, aliud autem sicut considerare. Manifestum igitur quoniam sicut scientia. In existendo enim animam et somnus et vigilia inest; proportionale autem vigilia quidem ei quod est considerare, somnus autem ei quod est habere et non operari. Prior autem generatione in eodem scientia est. Unde anima est primus actus corporis physici potentia vitam habentis. Tale autem quodcumque sit organicum. Organa autem et plantarum partes sunt, sed penitus simplices, ut folium fructiferi coopertorium, fructiferum autem fructus. Radices vero ori similes sunt; utraque enim trahunt alimentum. Si vero aliquod commune in omni anima oportet dicere, erit utique actus primus corporis organici physici. Unde non oportet quaerere si unum est anima et corpus, sicut neque ceram et figuram, neque omnino uniuscuiusque materiam et id cuius est materia. Unum enim et esse cum multipliciter dicatur, quod proprie est actus est. Universaliter igitur dictum est quid sit anima. Substantia enim quae est secundum rationem. Hoc autem est quod quid erat esse huiusmodi corpori, sicut si aliquod organorum physicum esset corpus, ut dolabra; erat enim quod dolabrae esse substantia ipsius, et anima haec; separata autem hac non utique amplius dolabra erit, sed aut aequivoce. Nunc autem dolabra. Non enim huiusmodi corporis quod quid erat esse et ratio anima, sed physici huiusmodi habentis principium motus et status in se ipso. Considerare autem et in partibus oportet quod dictum est. Si enim esset oculus animal, anima utique ipsius visus esset; haec enim substantia est oculi quae est secundum rationem. Oculus autem materia visus est, quo deficiente non est oculus, nisi aequivoce sicut lapideus et depictus. Oportet igitur accipere quod in parte est in toto vivente corpore. Proportionale enim se habet sicut pars ad partem, sic totus sensus ad totum corpus

sensitivum quod quidem est potentia tale. Est autem non abiciens animam quod potentia sic est ut
vivat, sed quod habet. Semen autem et fructus potentia huiusmodi corpus. Sicut igitur incisio
et visio, sic et vigilatio actus. Ut autem visus et potentia organi, corpus autem quod potentia
est. Sed sicut oculus pupilla et visus, et ibi anima et corpus animal. Quod quidem igitur
non sit anima separabilis a corpore aut partes quaedam ipsius, si partibilis apta nata
est, non immanifestum est. Quarundam enim actus est partium ipsarum. At vero quas-
dam nihil prohibet, propter id quod nullius corporis sunt actus. Amplius autem
immanifestum est si sic corporis actus anima sit sicut nauta navis. Figuraliter igitur
hoc modo determinetur et describatur de anima.

Quoniam autem ex incertis quidem certioribus autem fit quod certum est et secundum rationem notius,
tentandum est iterum sic aggredi de ipsa. Non enim solum quia est oportet dif-
finitivam rationem ostendere sicut plures terminorum dicunt, sed et causam inesse et demonstrare.
Nunc autem sicut conclusiones termini rationum sunt. Ut quid est tetragonismus? Ae-
quale altera parte longiori orthogonium esse aequilaterum. Talis autem ter-
minus ratio est conclusionis. Dicens autem quoniam tetragonismus est mediae inventio, rei
dicit causam. Dicimus igitur principium accipientes intentionis determinari animatum ab
inanimato in vivendo. Multipliciter autem ipso vivere dicto, et si unum aliquod horum insit
solum, vivere ipsum dicimus, ut intellectus, sensus, motus et status secundum locum.
Adhuc autem motus secundum alimentum et decrementum et augmentum. Unde et vegeta-
bilia omnia videntur vivere. Videntur enim in se ipsis habere potentiam et principium
huiusmodi per quod augmentum et decrementum suscipiunt secundum contrarios locos.
Non enim sursum quidem augentur, deorsum autem non, sed similiter utrobique et
quoque versum quaecumque aluntur et vivunt usque in finem quousque possunt accipere
alimentum. Separari autem hoc ab aliis possibile est, alia autem ab hoc impossibile est
in mortalibus. Manifestum autem est in his quae vegetantur; nullum enim ipsis est alia
potentia animae. Vivere quidem igitur propter principium hoc est omnibus viventibus, animal autem
propter sensum primum. Etenim quae non moventur neque mutant locum habent

[illegible]

10

autem sensum animalia dicimus et non solum vivere. ¶ [illegible] aliud
[illegible] solum sensum. ¶ Sensuum autem primo inest omnibus
tactus. Sicut autem [illegible] separari a tactu et omni sensu sic et tactus ab aliis
sensibus. ¶ Vegetativum autem dicimus esse partem huiusmodi animae qua et vegetabilia participant.
¶ Alia autem omnia videntur sensum tangendi habere. Propter quam autem causam
utrumque horum accidit posterius dicemus. ¶ Nunc autem in tantum dictum sit solum quoniam est
anima horum quae dicta sunt principium et his determinata: vegetativo, sensitivo, intellectivo, motu.
Utrum autem horum unumquodque est anima aut pars animae, et si pars, utrum sic ut separabilis
ratione solum aut et in loco. ¶ De quibusdam autem horum quidem non difficile est vi-
dere, quaedam dubitationes habent. ¶ Sicut enim in plantis quaedam separata videntur vivere
et ab invicem divisa, tamquam existente ea quae in his est anima actu quidem una in unaquaque
planta, potentia autem pluribus. ¶ Sic videmus et circa alias differentias accidere ut in entomis
aliis vel corporum decisis. Etenim sensum utraque partium habent et motum secundum
locum. ¶ Si autem sensum et fantasiam et appetitum. Ubicumque enim sensus est et
tristitia et letitia est. Ubi autem haec, de necessitate et desiderium est. ¶ De intellectu
autem et perspectiva potentia nichil adhuc manifestum est. ¶ Sed videtur genus animae
alterum esse et hoc solum contingit separari sicut perpetuum a corruptibili. ¶ Reliquae
autem partes animae. ¶ Manifestum ex his est quod non sunt separabiles sicut quidam dicunt. ¶ Ratione
autem alteras esse manifestum est. Sensitivo enim et opinativo alterum est, siquidem et
sentire ab ipso opinari. Similiter autem et aliorum unumquodque quae dicta sunt. ¶ Amplius autem
quibusdam animalium omnia insunt haec, quibusdam vero quaedam horum, aliis autem u-
num solum. Hoc autem facit differentiam animalium. Propter quam autem causam, posterius intendendum
est. ¶ Similiter autem et circa sensus accidit. Alia enim habent omnes, alia
vero quosdam, alia vero unum maxime necessarium tactum. ¶ Quoniam autem quo vivimus et sen-
timus dupliciter dicitur sicut quo scimus. Dicimus autem hoc scientiam, illud autem animam. In u-
troque enim horum dicimus scire. ¶ Similiter autem et quo sanamur, illud quidem sanitate, illud
autem in quadam parte corporis aut toto. ¶ Horum autem scientia quidem et sanitas forma est

[illegible]

et species quidem et ratio et ut actus suscipientis. Et quod habet illa aut si-
nam. ¶ Videntur autem in patiente et disposito activorum inesse actus. Anima autem
hoc est quo et vivimus et sentimus et movemur et intelligimus primum. ¶ Quare ratio
quaedam erit et species, sed non materia et subiectum. ¶ Tripliciter enim dicta illa sicut su-
pra diximus, quorum hoc quidem species, illud vero materia, aliud autem quod ex utrisque. Horum autem materia
potentia, species autem actus. Quoniam autem quod ex utrisque animatum, non corpus est actus animae,
sed ipsa corporis alicuius. ¶ Et propter hoc bene opinantur quibus videtur neque sine corpore esse neque
corpus aliquid anima. Corpus quidem enim non est, corporis autem aliquid. ¶ Et propter hoc in corpore est et in corpore tali,
et non sicut priores aptabant ipsam in corpus, nihil determinantes in quo et quali, quamvis
non videatur quodlibet accipere quodlibet. Sic autem fit et secundum rationem. Uniuscuiusque enim ac-
tus in potentia existente et in propria materia aptus natus est fieri. ¶ Quod quidem igitur
actus quidam sit et ratio potentiam habentis esse huiusmodi manifestum est ex his.

Potentiarum autem animae quae dictae sunt aliis quidem insunt omnes sicut diximus, aliis autem quaedam harum,
quibusdam vero una sola. ¶ Potentias autem diximus vegetativum, sensitivum,
appetitivum, motivum secundum locum, intellectivum. ¶ Inest autem plantis vegetativum so-
lum, alteris autem et hoc et sensitivum. Si autem sensitivum, et appetitivum. ¶ Appetitus quidem
enim desiderium et ira et voluntas sunt. ¶ Animalia autem omnia habent unum sensuum,
tactum. Cui autem sensus inest, huic et tristitia et delectatio; quibus autem haec, et concupiscentia; delectabilis enim
appetitus hic est. ¶ Adhuc alimenti sensum habent; tactus enim sensus alimenti est; siccis
enim et humidis et calidis et frigidis aluntur viventia omnia; horum
autem sensus tactus est, aliorum autem sensibilium secundum accidens. ¶ Nihil enim ad alimentum confert
sonus neque color neque odor. Sapor autem unum aliquod tangibilium est. ¶ Fames autem
et sitis desideria sunt, et fames quidem sicci et calidi est, sitis autem frigidi et hu-
midi. Sapor vero ut delectamentum quoddam horum est. ¶ Determinandum autem de ipsis posterius est;
nunc autem in tantum dictum sit quod viventium habentibus tactum et appetitus inest. ¶ De
fantasia autem et imaginatione immanifestum est; posterius autem intendendum est.
¶ Quibusdam autem adhuc inest et secundum locum motivum; ¶ aliis autem intellectivum et intel-

intellectus ut habitus et hic aliquid virtus et anima et honorabilius. ¶ [illegible]

[illegible] ... et figure [illegible] est [illegible]

hec autem per [illegible] ... et [illegible] omnibus

autem intellectus [illegible] ¶ [illegible] ¶ [illegible]

[illegible] et mobilis et [illegible] ... ¶ Alex[ander]

[illegible] ... ¶ [illegible] autem [illegible]

[illegible] ... ¶ [illegible]

[illegible] ... [illegible]

¶ Quare [illegible] ... [illegible]

[illegible] ¶ [illegible] ... [illegible]

[illegible] ... Separat autem [illegible] ... ¶ [illegible]

[illegible] ... [illegible]

aliis est ¶ [illegible] ... [illegible]

et [illegible] ... [illegible]

et [illegible] ... ¶ [illegible]

[illegible] omnia ¶ [illegible] ... [illegible]

[illegible] ... ¶ [illegible]

autem intellectum [illegible] ... ¶ [illegible] ... [illegible]

et [illegible] est [illegible] ¶ [illegible] ... [illegible]

[illegible] ... ¶ [illegible]

autem [illegible] ... [illegible]

[illegible] ... ¶ [illegible] ... [illegible]

Numerus vero duplici modo notificatur, formaliter et materialiter. Numerus est unitates collecte, formaliter ut multitudo ex unitatibus profusa. Unitas vero est qua unaquaque res una dicitur. Numerorum autem alius digitus, alius articulus, alius compositus sive mixtus. Digitus vero est omnis numerus minor denario. Articulus est omnis numerus qui dividi potest in decem partes equales, ita quod nichil sit residuum. Compositus vero sive mixtus est ille qui constat ex digito et articulo. Et intellige quod omnis numerus inter duos articulos proximos est numerus compositus. Huius autem artis novem sunt species: numeratio, additio, subtractio, mediatio, duplatio, multiplicatio, divisio, progressio, radicum extractio; et hec duplex, quoniam in numeris quadratis et cubicis. Inter quas primo de numeratione, secundo de aliis per ordinem dicetur. De numeratione.

Est igitur numeratio cuiuslibet numeri per figuras competentes artificialis representatio. Figura vero, differentia, locus et limes supponunt pro eodem, sed alia et alia ratione nomina imponuntur. Figura namque dicitur quantum ad linee protractionem. Differentia vero quantum ad hoc quod per illam figura sequens differt a precedente. Locus vero dicitur ratione spatii in quo scribitur. Limes vero quia est ordinatum ad aliquem numerum representandum. Sunt igitur quorum nomine novem limites, qui vocantur figure, novem digitos representantes, que sunt iste: 0 9 8 7 6 5 4 3 2 1. Decima vero dicitur theta vel circulus vel cifra vel figura nichili, quia nichil significat. Ipsa tamen locum tenens dat aliis significare, nam sine cifra vel cifris purus numerus non potest scribi articulus. Cum igitur per has novem figuras significativas cum cifra vel cifris omnis numerus representari possit, superfluum fuit plures invenire figuras. Et nota quod quilibet digitus una sola figura sibi appropriata habet scribi. Omnis vero articulus per cifram et figuram digitum a quo denominatur ille articulus representantem; omnis enim articulus ab aliquo digito denominatur, ut denarius ab unitate, vigenarius a binario, et sic de aliis. Omnis vero numerus tendens ad digitum habet poni in prima differentia. Omnis vero compositus numerus a decem usque ad centum exclusive duabus figuris sibi competentibus habet scribi. Si sit articulus, per cifram in priori loco et figuram scriptam ultimo, similiter per ... Si sit numerus compositus, primo scribatur digitus qui est pars illius compositi, postea articulus ut prius. Omnis vero numerus qui est a centum usque ad mille, ut millenarius exclusive, per tres figuras habet scribi. Omnis autem numerus a mille usque ad decem milia per quatuor, et sic deinceps. Et nota quod quelibet figura posita in loco primo significat suum digitum, secundo decies suum digitum, tertio centies suum digitum, quarto millesies, quinto decies millesies, sexto centies millesies, septimo millesies millesies, octavo decies millesies millesies, nono centies millesies millesies, et sic in infinitum multiplicando per hec tria 10. 100. 1000. Et in omni ordine hec tria maneant. Cum vero figura sequens loco primo decies suum significat ... Et nota quod supra quamlibet figuram loco millenarii positam convenienter potest poni quidam punctus, ad denotandum quot millenarios debet ultima figura representare, que fuerint puncta posita. Quia vero secundum artem more Arabum sinistrorsum scribimus, vel hac ratione ut in legendo numerum ordinem servantes maiorem numerum preponamus. De additione.

Additio est numeri ad numerum aggregatio, ut videatur summa excrescens. In additione duo ordines figurarum et duo numeri sunt necessarii, scilicet numerus cui debet addi et numerus addendus. Numerus cui debet addi est ille qui recipit additionem et debet superius scribi. Numerus vero addendus est ille qui debet addi ad alium et debet inferius scribi, ut minor numerus sub maiori vel equalis sub equali.

Theta et figura rotunda que ponitur ...

Quinto decies millesies. Sexto centies millesies.

sive sic sive sic fiat semper idem provenit. Si igitur velis numerum numero addere, scribe numerum cui debet fieri addicio in superiori ordine per suas differentias, numerum vero addendum in inferiori per suas differentias, ita quod prima inferioris ordinis sit sub prima superioris ordinis, secunda sub secunda, et sic de aliis. Hoc facto addatur prima figura inferioris ordinis prime figure superioris ordinis. Ex tali igitur addicione aut excrescit digitus aut articulus aut numerus compositus. Si digitus, loco superioris delete scribatur digitus excrescens. Si articulus, loco superioris delete scribatur cifra et transferatur digitus qui denominat illum articulum versus sinistram et addatur prime figure sequenti, si sit figura sequens; sin autem ponatur in loco vacuo. Si autem contingat quod figura sequens cui debet fieri addicio articuli sit cifra, ea deleta loco eius scribatur articulus. Si vero contingat quod sit figura novenarii et ei debeat addi unitas, loco illius novenarii scribatur cifra, et similiter fiet de articulo ut prius. Si excrescat numerus compositus, loco superioris delete scribatur digitus qui est pars illius numeri compositi, et similiter fiet de articulo ut prius. Hoc facto addatur secunda secunde et fiat ut prius. Et sic procede in addicione et in omnibus sequentibus speciebus, quando unus numerus debet alteri supponi, incipiendo a qualibet figura nisi si per se ponatur.

De subtractione

Subtractio est propositis duobus numeris maioris ad minorem excessus inventio, vel subtractio est numeri a numero ablatio ut videatur summa relicta. Minor autem de maiori vel par de pari subtrahi potest, maior vero de minori nequaquam. Ille quidem numerus maior est qui plures habet figuras, dummodo ultima sit significativa. Si autem tot sint in uno quot in reliquo, maior dicitur qui maiorem habet figuram ultimam, vel per penultimas, et sic deinceps. In subtractione duo ordines figurarum et duo numeri sunt necessarii, scilicet numerus a quo debet fieri subtractio et numerus subtrahendus. Numerus a quo debet fieri subtractio scribendus est in superiori ordine per suas differentias, subtrahendus in inferiori per suas, ita quod prima sub prima, secunda sub secunda, et sic de aliis. Subtrahe igitur primam inferioris ordinis a figura sibi supposita; aut illa autem est par figure subtrahende aut maior aut minor. Si par, ea deleta loco eius scribatur cifra propter figuras sequentes ne minus significent. Si maior, deleantur ab ea tot unitates quot continet inferior figura, et residuum loco eius ponatur. Si vero minor, quia maior de minori subtrahi non potest, [illegible] unitas mutuetur a figura proxima sequenti, que respectu precedentis valet decem. Ab illo igitur denario et figura a qua debuit fieri subtractio simul iunctis subtrahatur inferior, et residuum ponatur in loco figure delete. Si vero figura a qua mutuanda est unitas sit unitas, ea deleta loco eius scribatur cifra, ne figure sequentes minus significent, et deinde operare ut prius. Si autem figura a qua mutuanda est unitas sit cifra, transeatur ultra ad figuram significativam et ibi mutuetur unitas, et redeundo loco cuiuslibet cifre pretermisse ponatur figura novenarii. Cum igitur perventum fuerit ad illam figuram de qua intenditur, remanet tamen denarius. Ab illo igitur denario etc. Ratio autem quare loco cuiuslibet cifre pretermisse relinquatur figura novenarii est hec: si a tercio loco mutuetur unitas, illa respectu figure a qua debuit fieri subtractio valuit centum; si loco cifre pretermisse relinquatur novenarius, qui valet 90, vero remanet tamen denarius. Et eadem ratione si a quarto vel quinto loco mutuetur unitas. Hoc autem facto subtrahe secundam inferioris ordinis a figura sibi superiori, et negociandum est ut prius. Sciendum etiam quod tam in addicione quam in subtractione possunt bene et similiter precedere [illegible] operari incipiendo a sinistra, sed tamen commodius est ut docuimus operari. Si autem probare volueris utrum bene subtraxeris, operare [illegible] si figuras quas prius subtraxisti addere superioribus, et oportet eosdem figuras quas prius habuisti si recte feceris. Similiter si addicionem quam feceris figuras addendo subtrahe easdem quas prius addidisti, et redibunt eedem figure si recte feceris. Est enim subtractio addicionis probatio.

De mediatione

Mediatio est numeri propositi medietatis inventio vel subtractio, ut videatur quanta sit illa reliqua medietas. In mediatione tamen unus ordo figurarum et unicus numerus necessarius, scilicet numerus mediandus. Si velis igitur aliquem numerum mediare, scribatur ille numerus per suas differentias, et incipe a dextra, scilicet a prima figura versus dextram. Si illa fuerit figura que representabit unitatem, ea deleta

Liber iste reparatus est ix solidis [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] per fratrem Mathiam [illegible] Ottendorff [illegible]
anno domini 1443 [illegible] die [illegible]

Ad sciendum autem quod surgat simul per duas eadem numeri · 1 · digitum multiplicet... [illegible] ... residuum decuplum summendum est et ei quod addendum ... surgit ex multiplicatione illorum duorum ... [illegible] ... vel minus ab octonario vel ... a septenario et residuum videlicet · 4 · decuplum sumatur · id est · 40 · cum addito eo quod surgit ex ductu ... [illegible]

cifra. Si vero unitas, loco eius delete ponatur cifra propter figuras sequentes ne minus significent, et scribatur illa unitas extra in tabula vel resolvatur in · 60 · minuta et medietas illorum · 30 · minutorum abiciatur et reliqua reservetur extra in tabula, scilicet · 30 · minuta. Vel scribatur extra una figura dimidii sic ½ que nullum locum certum obtinet; addatur tamen significatio quod medietas duplata in suum locum recipiatur in duplicatione. Si autem prima figura significet aliquem digitum ab unitate, ille autem erit par aut impar. Si par, loco illius scribatur cifra (?) medietas illius paris. Si impar, sume primum numerum parem sub illo contentum et pone medietatem eius loco ipsius. De unitate autem que remanet mediandum fac ut prius. Hoc facto mediatur reliqua secunda figura. Si sit cifra, permutetur intacta. Si sit significativa, aut erit par aut impar. Si par, loco illius delete scribatur eius medietas. Si impar, sume primum numerum parem sub illo contentum et loco illius imparis delete ponatur eius medietas. Unitatem autem que remanet mediandam in precedenti valet decem. Dividatur ergo ille numerus denarius in duos quinarios et unus illorum abiciatur, reliquus addatur figure precedenti. Si vero ante fuit cifra, ipsa deleta et loco eius scribatur quinarius. Et sic operandum est donec totalis numerus medietur quociens fuerit.

De duplatione

Duplatio est numeri propositi ad seipsum aggregatio ut videatur summa excrescens. In duplatione tamen incipiendum est ab ultima figura; et ideo causa est assimilationis, sive quia ultima maiorem numerum representat. In aliis precedentibus incipimus a dextra et a minori. In hac autem specie et in omnibus aliis sequentibus incipimus a sinistra. Cum vero subtrahis aut addis, a dextra incipis vel mediabis. Alterius dupla, dividis, multiplicas. Extrahe radicem duplam (?) sub prima (?) simul. Cum sit appositum, secunda in capite duplare contingit quam cum debes duplare. Et licet aliquid non possemus opus incipiendo a dextra, difficilius tamen est ac

tima et opera. Si vero igitur aliquem numerum duplicare volueris, scribe numerum illum per suas differentias et prima duplicetur ultima. Et ex illa igitur duplatione aut excrescit digitus aut articulus aut numerus compositus. Si digitus, loco prioris delete scribatur digitus excrescens. Si articulus, loco prioris delete scribatur cifra et transferatur articulus ad sinistram. Si numerus compositus, loco prioris delete scribatur digitus qui est pars illius numeri compositi et transferatur articulus. Hoc facto duplicabitur penultima et quicquid excreverit in negotiando fac ut prius. Si vero occurrerit cifra, relinquatur intacta. Sed si ut numerus cifre deleatur aliud, loco eius delete scribatur numerus decendus. Eodem modo operandum est de omnibus aliis donec totalis numerus duplicetur. Probatio autem huius talis est: si recte duplaveris, media, et si medietatem dupla, occurret eadem figura quam prius habuisti. Est enim mediatio duplationis probatio et econverso.

De multiplicatione

Multiplicatio numeri per se vel per alium est propositis duobus numeris tertium invenire qui totiens continet alterum quot sunt unitates in reliquo. In multiplicatione duo numeri principaliter sunt necessarii, scilicet numerus multiplicandus et numerus multiplicans. Numerus multiplicans nominaliter recipit appellationem. Numerus vero multiplicandus adverbialiter designatur. Ponitur etiam tertius numerus qui vocatur productus ... [illegible] ... pervenies ex ductione unius in alium. Sic etiam contingit in multiplicatione per se si multiplicandus et econverso, manente semper eadem summa, et hoc est quod communiter dicitur omnis numerus convertitur multiplicando. Sunt autem sex regule multiplicationis. Prima regula talis est: ut cum digitus multiplicet digitum, subtrahatur minor digitus ab articulo sue denominationis per differentiam maioris digiti ad denarium a denario vel complemento. Verbi gratia: si vis scire quot sunt octo vicies (?) octo, vide quot sunt unitates inter octo et decem ... denario vel complemento et per quindecim (?). Abstrahatur ergo quod binis ab articulo sue denomi

multiplicatio ... [illegible] ... septies septem ... septies decem ... [illegible]

tionis, s. a. q. o. et remanebunt 37 summa totius multiplicationis. Cum vero digitus multiplicat articulum, ducendus est digitus in digitum a quo denominatur ille articulus, et quaelibet unitas valebit 10, quilibet articulus 100. Cum digitus multiplicat numerum compositum, ducendus est digitus in utramque partem numeri compositi, ita quod digitus in digitum per primam regulam, in articulum per secundam; postea coniungantur producta, et erit summa totius multiplicationis. Cum articulus multiplicat articulum, ducendus est digitus a quo denominatur unus illorum in digitum a quo denominatur reliquus, et quaelibet unitas valebit 100, quilibet denarius articulus valebit 1000. Cum vero articulus multiplicat numerum compositum, ducendus est digitus in utramque partem numeri compositi, et coniungantur producta et patebit summa. Cum numerus compositus multiplicat numerum compositum, ducenda est utraque pars numeri multiplicantis in utramque partem numeri multiplicandi, et sic ducetur digitus bis, quia semel in digitum et semel in articulum; articulus similiter bis, semel in digitum et semel in articulum. Hic tamen ubique articulus non nisi ad principales extendatur articulos. Si vero contingat aliquem numerum per se vel per alium multiplicare, scribe primo numerum multiplicandum in superiori ordine per suas differentias, numerum multiplicantem in inferiori per suas differentias, ita quod prima inferioris ordinis sit sub ultima superioris ordinis. Postea ducenda est ultima multiplicantis in ultimam multiplicandi. Et ex illo quidem ductu aut excrescet digitus aut articulus aut numerus compositus. Si digitus ex ducto, supra positam figuram multiplicantis scribatur digitus excrescens. Si articulus ex ducto figurae multiplicantis, scribatur cifra et transferatur articulus versus sinistram. Si numerus compositus ex ductu, supra multiplicantem scribatur digitus illius numeri compositi et sinistretur articulus ut prius. Hoc facto ducenda est penultima multiplicantis in ultimam multiplicandi et excrescet numerus et per

Et sic fiat de omnibus numeri multiplicantis donec perveniatur ad primam multiplicantis, quae ducenda est in ultimam multiplicandi. Et ex illo quidem ductu aut excrescet digitus etc. Si digitus, loco superioris delete scribatur digitus excrescens. Si articulus, loco superioris delete scribatur cifra et sinistretur articulus. Si numerus compositus, loco superioris delete scribatur digitus illius numeri compositi et sinistretur articulus ut prius. Hoc autem facto anteriorande est figura numeri multiplicantis per unam differentiam versus dextram, ita scilicet quod prima multiplicantis sit sub penultima multiplicandi, reliquis similiter per unum locum anteriorantis. Postea facto ducenda est ultima multiplicantis in illam multiplicandi sub qua est prima multiplicantis. Et ex illo autem ductu aut excrescet digitus etc. Si digitus ex ductu, fiat ei supraposite addatur. Si articulus, transferatur versus sinistram. Si numerus compositus, addatur supraposite digitus et sinistretur articulus. Similiter quoque fiat de numeri multiplicantis ducenda et penultima multiplicandi donec perveniatur ad primam multiplicantis, vel conclusionem declaratae de prima. Deinde prius anteriorande est figura numeri multiplicantis per unam differentiam. Et sic cessandum et aliam anteriorationem et aliam ductum, quousque quaelibet figura numeri multiplicantis ducatur in quamlibet numeri multiplicandi. Si vero contingat quod cifra sit inter primam figuram et ultimam numeri multiplicantis et ex ductu eo supponatur sit figura significativa relinquenda, suprascripta sibi spatium et suppositum sit vacuum, in eodem spatio scribenda est cifra. Si vero post fiat anterioratio cifra vero supponatur figurae significativae loco superioris delenda, scribenda est cifra. Si vero cifra occurrat inter primam figuram et ultimam numeri multiplicantis, anteriorandus est ordo figurarum numeri multiplicantis per duas differentias, cum ex ductione alicuius in cifram tantum nichil resultat. Et ex hoc patet quod si prima figura numeri multiplicantis sit cifra, debet fieri anterioratio. Secundum est quod in multiplicatione duas ... excrescet ... operatione per

Hec regula tenet quando figure sunt anteriorate.

Divisio est duorum equalium vel inequalium propositorum inventio quotiens unus in alio contineatur, ut minor in maiore vel equalis.

Progressio [illegible] ... vel descendendo vel ascendendo ... progressio ... per medietatem ... multiplica ab extremis ... omnium numerorum ... mediatate ... [illegible] ... aut sunt pares aut impares ... [illegible] ... multiplicetur aggregatum ... parebit summa ... Si autem fuerit impar ... unum et medium ... [illegible]

relinquatur spacium inter duos ordines figurarum ut ibi ponatur quod provenit quociens vel subtrahendus ne aliud memorie commendetur. De divisione

Divisio numeri per numerum est propositis duobus numeris maioris in tot partes distributio vel maioris in tot partes distributio quot sunt unitates in minori. Nota ergo quod in divisione tres numeri sunt necessarii: numerus dividendus, numerus dividens sive divisor, et numerus denotans quociens sive numerus exiens. Semper numerus dividendus qui est debet maior vel saltem tantus esse quam numerus divisor si debeat fieri divisio proprie. Si velis ergo aliquem numerum per alium dividere, scribe numerum dividendum in superiori ordine per suas differentias, divisorem vero per suas differentias in inferiori, ita quod ultima divisoris sit sub ultima dividendi, penultima sub penultima, et sic de aliis, si competenter fieri possit. Sunt enim duae causae quare ultima sub ultima collocari non potest: vel quia ultima inferioris ordinis non potest subtrahi ab ultima superioris ordinis eo quod sit minor inferiori, aut quia licet ultima inferioris possit aliquociens subtrahi a sua superiori, reliquae non possunt totiens a suis suppositis, ut si ultima inferioris ordinis sit par figurae sibi suppositae, penultima vel alia antepenultima maior. Prius itaque ordinis dividendi incipiendum est operari ab ultima scilicet numeri divisoris, et videndum est quotiens illa possit subtrahi a figura sibi supposita, ita quod totiens possint subtrahi reliquae a sibi suppositis, et a residuo si quod fuerit residuum. Et nota quod non contingit plus quam novies subtrahi, nec minus quam semel. Viso ergo quotiens figurae inferioris ordinis possint subtrahi a suis superioribus, scribendus est numerus denotans quociens ex directo superioris illius figurae sub qua prima figura numeri divisoris, et illa figura subtrahenda est totiens sicut inferioris ordinis a suis superioribus. Hoc autem facto anteriorande sunt figurae numeri divisoris per unicam differentiam versus dextram et ... ut prius. Si autem contingat post anteriorationem quod non aliquotiens possit subtrahi ultima divisoris a figura sibi supposita super figuram sub qua est

prima divisoris directe scribenda est cifra in ordine numeri denotantis quociens, et anteriorande sunt figurae per unicam differentiam ut prius. Et sic faciendum est ubicumque contingit in numero dividendo quod divisor non possit subtrahi, ponenda est cifra et cetera in ordine figurarum. Et sic cessandum et ... numerationis nec ... quociens prior non adducitur numerus quociens in divisione non divisor subtrahatur, donec prima divisoris sit subtracta a prima dividendi. Hoc autem facto aut aliquid erit residuum aut nichil. Si aliquid residuetur, reservetur extra ... minor est divisore. Si velis ergo scire quot unitates de numero dividendo cuilibet unitati divisoris ... numerus denotans quociens illud ostendit. Cum ergo scire volueris utrum bene feceris an non, multiplica numerum denotantem quociens per divisorem et redibunt eaedem figurae quas prius habuisti, si nichil fuerit residuum. Si vero aliquid fuerit residuum, tunc cum additione numeri vel illius residui redibunt eaedem figurae. Et tunc multiplicationis probatio per divisionem est, ut si feceris multiplicationem dividendo productum per multiplicantem exibit in numero denotante quociens figurae primi multiplicandi. De progressione

Progressio est numerorum secundum equales excessus ab unitate vel binario sumptorum aggregatio ut omnium simul summa compendiose habeatur. Progressionum alia naturalis sive continua, alia intercisa sive discontinua. Naturalis est quando incipitur ab unitate et intermittitur nullus numerus, ut 1.2.3.4.5.6. et sic deinceps et semper sequens superat precedentem unitate tantum. Intercisa est quando non uniformiter aliquis numerus intermittitur, ut 1.3.5.7. etc., vel quando incipitur a numero pari, ut 2.4.6. et sic semper sequens superat precedentem in duabus unitatibus. Nota ergo quod de progressione naturali dantur due regule, quarum prima talis est: quando progressio naturalis terminatur in numerum parem, per medietatem ipsius multiplica numerum proximum totalem superiorem, ut gratia 1.7.

1.2.3.4. multiplica 5 per 2 sic bis quinque et resultabunt 10 summa totius progressionis. Secunda talis est: cum progressio naturalis terminatur in numero impari, per maiorem portionem ipsius multiplica numerum totalem, verbi gratia 1.2.3.4.5 multiplicetur 5 per 3 sic ter quinque et resultabunt 15 summa totius progressionis. De progressione intercisa similiter dantur due regule. Prima est: cum progressio intercisa terminatur in numero pari, per medietatem ultimi multiplica numerum proximum medietati superiorem, ut 2.4.6 multiplicetur 4 per 3 sic ter quatuor et resultant 12 summa totius progressionis. Secunda talis est: cum progressio intercisa terminatur in numero impari, multiplica maiorem portionem per se ipsam, verbi gratia 1.3.5 multiplicetur 3 per se sic ter tria et resultant 9 summa totius progressionis. De radicum extractione.

Sequitur de radicum extractione, et primo in numeris quadratis. Unde videndum est quid sit numerus quadratus et quid sit radix ipsius et quid sit numerum quadratum radicem extrahere. Prenotandum est ergo quod numerorum alius linearis, alius superficialis, alius solidus. Linearis est qui tantum consideratur penes processum non habito respectu ad ductionem unius in alium, et dicitur linearis quia unicam tantum habet dimensionem, sicut linea unicam habet dimensionem scilicet longitudinem sine latitudine. Numerus superficialis est qui procedit ex ductu numeri in numerum, et dicitur superficialis quia habet duos numeros denotantes sive mensurantes ipsum, sicut superficies habet duas dimensiones scilicet longitudinem et latitudinem. Sed quoniam dupliciter numerus ducitur in numerum, aut semel aut bis. Si semel, aut in se aut in alium. Et illud quod si ducatur in se fit numerus quadratus. Si ducatur in alium fit numerus superficialis et non quadratus, ut binarius ductus in ternarium constituit senarium numerum superficialem et non quadratum. Unde patet quod omnis numerus quadratus est superficialis, et non convertitur. Radix autem numeri est ille numerus qui ita ducitur in se ut bis duo sunt quatuor. Quaternarius igitur est primus numerus quadratus et binarius eius radix, et dicitur quadratus quia dicitur secundum quod pervenitur habebit quatuor latera equalia ad modum quadrati.

Numerus solidus est qui procedit ex duplici ductu numeri in numerum, et dicitur solidus quia sicut solidum id est corpus tres habet dimensiones scilicet longitudinem latitudinem et spissitudinem, ita numerus iste tres habet numeros producentes se. Sed numerus potest dupliciter bis duci in numerum, aut in se aut in alium. Si igitur numerus bis ducatur in se vel semel in suum quadratum, quod idem valet, fit numerus cubicus, et dicitur cubicus ab hoc nomine cubus, quod est solidum. Est autem cubus corpus sex habens superficies, octo angulos, et duodecim latera [sive tessera]. Si vero numerus bis ducatur in alium, fit numerus solidus et non cubicus, ut bis tria bis constituunt 12. Unde patet quod omnis numerus cubicus est solidus, sed non convertitur. Omnis enim solidus est superficialis, sed non convertitur. Ex predictis patet quod idem numerus est radix numeri quadrati et cubici. Non tamen idem est quadratus et cubicus illius radicis. Patet etiam quod omnis numerus potest esse radix quadrati et cubici, sed non omnis numerus quadratus vel cubicus. Cum igitur ex ductu unitatis in se semel vel bis nichil procedat preter unitatem, dicit boetius in arismetica quod unitas potentialiter est omnis numerus, nullus tamen actu. Aliud est quod inter quoslibet quadratos proximos reperitur unicum medium proportionale, quod procedit ex ductu radicis unius in radicem alterius quadrati. Inter duos cubicos quoslibet proximos est duplex medium proportionale, scilicet minus medium et maius medium. Minus medium procedit ex ductu radicis maioris cubici in quadratum minoris, maius si ducatur radix minoris cubici in quadratum maioris. Cum enim ultima summa solidorum unius intra pleniter non fiat processus cum nomine proprie limites unorum distinguntur. Est enim limes unorum eiusdem nature





[illegible marginal gloss, top left]

[illegible marginal gloss, top right] … millenarii sub prima figura.

[illegible marginal gloss, left]

extrahimus, continetur numerus continue … ordinario. Unde primus limes in novenario digitorum continua progressio. Secundus vero in novenario articulorum primi capituli, tertius in novenario centenariorum, quartus millenariorum. Cuius resultatio in compositis per digitorum appositionem supra quemcumque predictorum articulorum tantum, et sic aliter alia supponatur. Sed per finalem tamen eorum ex millenario recipientes supra se semel quemcumque alio precedente per modum quadratorum, aut bis per modum solidorum resultat progressio novenarius et limes ultimus.

De numeris quadratis.

Radicem numeri quadrati extrahere est proposito aliquo numero radicem eius quadratam invenire. Si numerus propositus fuerit quadratus, sin autem non fuerit quadratus, radicem maximi quadrati sub numero proposito contenti reperire. Si igitur velis radicem alicuius numeri quadrati extrahere, scribe numerum illum per suas differentias et computa numerum figurarum utrum sit par vel impar. Si par, incipiendum est operari sub penultima. Si impar, ab ultima, et ut breviter dicatur, semper ab impari ultima est incipiendum. Sub ultima igitur figura in impari loco posita inveniendus est quidam digitus qui ductus in se deleat totum quod supponitur ei sibi vel in quantum vicinius potest. Tali autem digito invento et sub propria figura posito duplandus est ille digitus et duplatum ponendum est sub proxima figura antecedenti versus dextram et eius subduplum sub illo. Quo facto inveniendus est quidam digitus sub proxima figura ante duplatum qui ductus in duplatum deleat totum quod supponitur ei duplato. Deinde ductus in se deleat totum quod supponitur ei sibi vel in quantum vicinius potest. Et ut ita potest subtrahi digitus inventus, ut ducatur in duplatum vel in duplata et postea in se. Deinde illa duo producta simul aggregentur, ita quod prima figura ultimi producti addatur ante primam primi producti et sic primo deinceps. Et illa subtrahantur a toto

numero per digitum inventum. Si autem contigerit quod nullus digitus non possit inveniri, tunc ponenda est cifra sub cifra sub tertia figura antecedenti et anteriorandum est primum duplatum cum suo subduplo. Nec cessandum est a tali digiti inventione nec a digiti inventi duplatione nec a duplatorum anteriorandorum nec etiam duplati vel subduplorum subduplo posite, donec sub prima figura inventus fuerit quidam digitus qui ductus in omnes duplatos deleat totum suppositum ei duplatorum. Deinde ductus in se deleat totum suppositum ei sibi vel in quantum vicinius potest. Quo facto aut aliquid erit residuum aut nichil. Si nichil, constat quod numerus propositus fuit quadratus et eius radix digitus ultimo inventus cum subduplo vel cum subduplis ita quod propositum. Si aliquid fuerit residuum, constat quod numerus propositus non fuit quadratus. Sed digitus ultimo inventus cum subduplo vel subduplis est radix maximi quadrati sub numero proposito contenti. Si igitur probare velis an bene feceris, multiplica digitum ultimo inventum cum subduplo vel subduplis et redibunt eedem figure quas prius habuisti. Si nichil fuerit residuum. Sed si aliquid fuerit residuum, tunc cum addicione illius residui redibunt eedem figure quas prius habuisti.

De numeris cubicis.

Sequitur de radicum extractione in cubicis numeris. Unde notandum quod sit numerus cubicus et que eius radix et quid sit radicem cubicam extrahere. Est igitur numerus cubicus productus ex ductu alicuius numeri bis in se vel semel in suum quadratum. Radix vero numeri cubici est numerus qui ita ducitur bis in se vel in suum quadratum. Unde patet quod numerus cubicus et quadratus eandem habent radicem sicut superius dictum est. Radicem autem cubicam extrahere est numeri propositi radicem cubicam invenire. Si numerus propositus fuerit cubicus, sin autem non fuerit cubicus, radicem cu

vel semel

Euclides in primo geometrie. Punctus est cuius pars non est. Linea est longitudo sine latitudine. ... Superficies est quod longitudinem et latitudinem tantum habet, cuius extremitates sunt linee. ... Circulus est figura plana una quidem linea contenta que circumferentia vocatur, in cuius medio punctus est a quo omnes linee recte ad circumferentiam exeuntes sibi invicem sunt equales, et hic quidem punctus centrum circuli dicitur.

Euclides in primo geometrie. Spera est transitus circumferentie dimidii circuli que fixo diametro quousque ad locum suum redeat circumducitur ... Spera est corpus solidum ... tres dimensiones, longitudinem, latitudinem et altitudinem.

bica extrahere, et maximum cubicum sub
numero proposito contentum radicem invenire. [cubicam]
Proposito igitur aliquo numero cuius radicem cubicam velis
extrahere, primo computande sunt figure per quar-
tas sive per loca millenariorum. Sub ul-
timo igitur millenarii loco inveniendus est
quidam digitus qui ductus in se cubice deleat
totum suppositum vel saltem quantum melius poterit.
Quo facto triplandus est ille digitus et triplatus
ponendus est sub proxima figura tertia versus
dextram, et subtriplum sub triplo. Deinde inve-
niendus est quidam digitus sub proxima figura ante
triplatum qui cum subtriplo ductus in triplatum
postea cum subtriplo ductus in productum de-
leat totum suppositum vel triplatum. Deinde duc-
tus in se cubice deleat totum suppositum vel
saltem quantum melius poterit. Hoc facto tri-
plandus est ille digitus tantum et triplatus po-
nendus est sub proxima figura tertia ut prius et
eius subtriplum sub eo. Postea anterio-
randum est primum triplatum cum suo subtriplo
per duas differentias. Deinde inveniendus est qui-
dam digitus sub proxima figura ante triplatum
qui cum subtriplo etc. Hoc continuandum
est, et talis digiti inventione et talis digiti in-
venti triplatione et triplati anteriora-
tione per duas differentias necnon subtripli subtriplo
positione et talis multiplicatione et talis subtractio-
ne, donec perventum sit ad primam figuram sub
qua inveniendus est quidam digitus etc. qui cum sub-
triplo etc. Notandum tamen quod productum proveniens
ex ductu digiti inventi cum subtriplo vel
subtripli in triplatum et postea cum subtriplo
vel subtriplum in productum, et etiam productum
proveniens ex ductu digiti inventi in
se cubice possunt addi, et simul subtrahi
a toto suo supposito vel digito invento,
ac si fiat divisio. Hoc autem facto
aut aliquid erit residuum aut nichil. Si
nichil constat quod numerus propositus fuit cubicus et

Deinde ductus in se cubice etc.

cuius radix fuit digitus ultimo inventus cum suo
subtriplo vel subtriplum. Et radix si ducatur
in se et postea in productum erunt eedem figure
que prius. Si vero aliquid fuit residuum con-
stat quod numerus ille non fuit cubicus, sed digi-
tus ultimo inventus cum subtriplo vel sub-
triplum est maxima radix cubica sub numero pro-
posito contenta. Et radix si ducatur in se et
postea in productum exurget maximus
cubicus sub numero proposito contentus. Et illi
cubico addatur residuum reservatum in
tabula, erunt eedem figure quam prius fuerunt.
Si autem aliquis digitus post anteriorationem
inveniri non possit, tunc ponenda est cifra
sub cifra sub quarta figura versus dextram et
anteriorande sunt figure ut prius. Notandum tamen quod
si in numero proposito non sit aliquis locus mille-
narii, incipiendum est operari sub prima figura. In
hac autem radice extrahenda solent quidam
distinguere numerum propositum per ternarios et sic
operari sub prima figura ultimi mille-
narii sive completi sive incompleti. Cum
modus operandi idem est cum predicto. Et hec
de radicum extractione dicta sufficiant tam
in numeris cubicis quam in quadratis.

Explicit.

Tractatum de
spera quatuor capitulis dis-
tinguimus. Dicentes primo quid
sit spera, quid eius centrum,
quid axis spere, quid mundi polus, quot
sint spere et que forma mundi. In secundo de
circulis ex quibus hec spera materialis componitur
et illa supercelestis que per istam ymaginatur
componi intelligitur. In tercio de ortu
et occasu signorum, de diversitate noctium et
dierum et de divisione climatum. In quarto
de circulis et motibus planetarum et causis
eclipsium. Capitulum primum

Spera igitur ab euclide sic describitur.

Spere vero habent centrum sed absides sunt excentrice. Absides autem sunt circuli in quibus sunt spere ... in nomine stationes et retrogradationes. Absides in quibus locus sunt ... inveniatur in globo ... stelle fixe ... ita fecerunt vere altitudinis.

Et a terra usque ad lunam 12 annorum 327 dierum ... miliaria. Ad mercurium 79 annorum 704 dierum et miliaria. Ad venerem ... annorum 174 dierum 10 miliaria. Ad solem 811 annorum 734 dierum. Ad martem 4171 annorum 861 dierum. Ad iovem 3803 annorum 744 dierum. Ad saturnum 6813 annorum 6410 ... Ad octavam speram 8947 annorum 30 dierum.

Spera igitur sic describitur: spera est transitus circumferentie dimidii circuli quociens fixa diametro quousque ad locum suum redeat circumducitur. Id est spera est tale rotundum et solidum quod describitur ab arcu semicirculi circumducto. Spera vero a Theodosio sic describitur: spera est solidum una superficie contentum in cuius medio punctus est a quo omnes linee ducte usque ad superficiem circumferentiam sunt equales. Et ille punctus dicitur centrum spere. Linea vero recta transiens per centrum spere [et applicans extremitates suas ad circumferentiam] ex utraque parte dicitur axis spere. Duo quidem puncta axem terminantia dicuntur poli mundi.

Spera autem dupliciter dividitur: secundum substantiam et secundum accidens. Secundum substantiam enim dividitur in speram nonam que primus motus sive primum mobile dicitur, et in speram stellarum fixarum que firmamentum nuncupatur, et in septem speras septem planetarum. Quarum quedam sunt maiores, quedam minores secundum quod plus accedunt vel recedunt a firmamento. Unde inter illas spera saturni maxima est, spera vero lune minima, prout in figura presenti continetur. Secundum accidens vero dividitur spera in speram rectam et obliquam. Illi enim dicuntur habere speram rectam qui manent sub equinoctiali circulo si aliquis ibi manere posset. Et dicitur recta quoniam neuter polorum magis altero illis elevatur. Vel quoniam illorum orizon intersecat equinoctialem et intersecatur ab eodem ad angulos rectos sphericales. Illi vero dicuntur habere speram obliquam quicumque habitant citra equinoctialem vel ultra. Illis enim alter polorum semper supra orizontem elevatur, reliquus semper deprimitur. Vel quoniam illorum orizon artificialis intersecat equinoctialem ad angulos impares et obliquos.

Primum mobile, celum stellatum fixarum, ignis, aer, aqua, terra.

Universalis autem mundi machina in duo dividitur: in etheream et elementarem regionem. Elementaris quidem regio alterationi continue pervia existens in quattuor dividitur. Est enim terra tamquam centrum in medio omnium sita, circa quam aqua, circa aquam aer, circa aerem ignis qui illic purus et non turbidus orbem lune attingit, ut ait Aristoteles in libro metheororum. Sic enim ea disposuit deus gloriosus et sublimis. Et hec quattuor elementa dicuntur que vicissim a se met ipsis alterantur, corrumpuntur et regenerantur. Sunt autem elementa corpora simplicia que in partes diversarum formarum minime dividi possunt, ex quorum commixtione diverse generatorum species fiunt. Trium quorum quodlibet terram orbiculariter undique circumdat, nisi quantum siccitas terre humori aque obsistit ad vitam animantium tuendam. Omnia etiam preter terram mobilia existunt, que ut centrum mundi ponderositate sua magnum extremorum motum undique equaliter fugiens rotunde spere medium possidet. Circa elementarem quidem regionem etherea lucida a variatione omni sua immutabili essentia immunis existens motu continuo circulariter incedit. Et hec a philosophis quinta essentia nuncupatur. Cuius novem sunt spere sicut in proximo precedenti, scilicet spera lune, mercurii, veneris, solis, martis, iovis, saturni, stellarum fixarum et celi ultimi. Istarum autem quelibet inferiorem speram circumdat. Quarum quidem duo sunt motus. Unus enim est celi ultimi super duas axis extremitates, scilicet polum articum et antarticum, ab oriente per occidentem in orientem rediens, quem equinoctialis circulus per medium dividit. Est et alius motus inferiorum sperarum obliquus huic oppositus super axes suos distantes a primis [polis] 23 gradibus.

Luna et venus ad extremitates zodiaci per latitudinem xii lineas diversi pervenit verum in duobus momentis graduum. Ascendunt viii lineas et perambulant. Sol duas metas in duobus ... [illegible] in libera excedit vel gradus iii ... expatiantur equidistantes illas in libera ... perambulat Jupiter ... Saturnus ... de ordine solis, mercurii et veneris nullum tamen est de certis. Sola tamen ... in sole et a se invicem recesserint, ut quod sol in anno perficit, Mars in duobus, Jupiter xii, Saturnus 30. Ceterorum sydera solis predicta ... in ... anomala vel retrograda vel stationaria fiunt.

Sed primus motus omnes alias [speras] secum impetu suo rapit infra diem et noctem circa terram semel, illis tamen contra nitentibus, ut octava spera in centum annis gradu uno [movetur contra]. Hunc siquidem secundum motum dividit per medium zodiacus, sub quo quilibet planetarum speram habet propriam in qua defertur motu proprio contra motum celi, et in diversis spaciis temporum ipsum metitur, ut Saturnus in 30 annis, Jupiter in 12, Mars in duobus, Sol in 365 diebus et sex horis, Venus et Mercurius fere cum sole, Luna vero in 27 diebus et 8 horis.

Quod autem celum ab oriente in occidentem volvatur signum est quod stelle que oriuntur in oriente elevantur paulatim et successive quousque veniant in medium celi, et semper sunt in eadem propinquitate et remotione ad invicem, et ita semper se habentes tendunt in occasum continue et uniformiter. Est et aliud signum: stelle que sunt iuxta polum articum que numquam nobis occidunt moventur continue et uniformiter circa polum describendo circulos suos, et sunt semper in equali distantia et propinquitate ad invicem. Unde per istos duos motus continuos stellarum tendentium ad occasum quam non patet quod firmamentum movetur ab oriente in occidentem.

Quod autem celum sit rotundum triplex est ratio: similitudo, commoditas, necessitas. Similitudo enim quia mundus sensibilis factus est ad similitudinem mundi archetypi in quo non est principium neque finis. Unde ad huius similitudinem mundus sensibilis habet formam rotundam in qua non est assignare principium neque finem. Commoditas quia omnium corporum ysoperimetrorum spera maximum est et omnium formarum rotunda capacissima. Cum igitur maximum et rotundum, ideo capacissimum. Unde cum mundus omnia contineat talis forma fuit illi utilis et commoda. Necessitas quia si mundus esset alterius forme quam rotunde, scilicet trilatere vel quadrilatere vel multilatere, sequeretur quod aliquis locus esset vacuus et aliquod corpus sine loco, quorum utrumque falsum est, sicut patet in angulis elevatis et circumvolutis. Item sicut dicit alfraganus si celum esset planum aliqua pars celi esset nobis propinquior alia, scilicet illa que esset supra caput nostrum. Igitur stella ibi existens esset nobis propinquior quam existens in ortu vel occasu. Sed que nobis propinquiora sunt maiora videntur. Ergo sol existens in medio celi maior deberet videri quam existens in ortu vel occasu. Cuius contrarium videmus contingere. Maior enim apparet sol vel alia stella existens in oriente vel occidente quam in medio celi, sed tamen rei veritas ita non est. Huius autem apparentie causa est quia in tempore hyemali vel pluviali quidam vapores ascendunt inter aspectum nostrum et solem vel aliam stellam, et cum illi vapores sint corpus dyaphanum [existens] disgregant radios nostros visuales quod non apprehendunt rem in sua vera quantitate. Sicut patet de denario proiecto in fundo aque limpide, quod propter disgregationem similem radiorum visualium apparet maioris quantitatis quam sit vere.

Quod autem terra sit rotunda sic patet. Signa et stelle non equaliter oriuntur et occidunt omnibus hominibus ubique existentibus, quod bene patet per ea que fiunt in sublimi. Una enim et eadem eclipsis lune numero que apparet nobis in prima hora noctis orientalibus non apparet circa horam noctis terciam. Unde constat quod prius fuit illis nox et sol prius illis occidit quam nobis. Cuius occasus causa est tumor terre. Quod autem terra etiam habeat tumorem [cumulositatem] a septentrione in austrum et econverso sic patet. Existentibus versus septentrionem quedam stelle sunt sempiterne apparitionis, scilicet que accedunt ad polum

Sol prius oritur et occidit orientalibus quam occidentalibus, quia tumor terre obstat quod radii solis penetrare non possunt. Et etiam propter ... Sic non ... visuales. Unde sol non ... effundit radios suos ad orientales et occidentales. Item corpus stelle est tam luminosum quod remotio non potest impedire visum.

plus in directa

fere dicit quia venus fertur in 348 diebus, mercurius in 339 diebus, sol in 365 diebus; sed propter retrogradationes plures ponit.

probatur quod suppositum.

Propinquitate per se et remotione quia stelle sunt fixe et ita patet si moventur quod sunt in eodem circulo firmamenti.

Circa patet quod stelle sunt fixe et semper equi.

Modo in se per se ... archetypus quod est in mente ... symbolum ymago ... ratio ... finitum ...

Sic quod maior vel minor apparet sol vel stella in uno loco quam in alio.

ubique. Si prius oriuntur et occidunt stelle illis qui sunt in oriente quam illis qui sunt in occidente et sic prius oritur et occidit ... tumor terre ... occidentalibus ... stelle ... orientalibus ... prima hora ... hora ... horam tertiam.

Alfraganus dicit ... quod rotunditas terre est ... miliaria ... [illegible]

arctico. Aliae autem sunt semper occultae nobis, scilicet illae quae sunt prope polum antarcticum. Si igitur aliquis procederet a septentrione versus austrum, tantum posset procedere quod stellae quae prius erant ei semper apparentes tenderent ad occasum, et quanto magis procederet ad austrum, tanto plus moverentur in occasum. Iterum ille idem homo posset videre stellas quae prius erant illi occultatae. Et econverso contingeret alicui procedenti ab austro versus septentrionem. Huius autem rei causa est tumor terrae. Item si terra esset plana ab oriente in occidentem, tam cito orirentur stellae occidentalibus quam orientalibus, quod patet esse falsum. Si etiam terra esset plana a septentrione in austrum et econverso, stellae quae essent alicui semper apparentes semper apparerent ei quocumque procederet, quod falsum est. Sed quod plana sit, propter nimiam eius quantitatem visui hominum apparet.

Quod autem aqua habeat tumorem et accedat [vel rotunditatem] ad rotunditatem, sic patet. Ponatur signum in litore maris, et exeat navis a portu, et in tantum elongetur quod oculus existentis iuxta pedem mali non possit videre signum. Stante vero navi, oculus eiusdem existentis in summitate mali bene videbit signum illud. Sed oculus existentis iuxta pedem mali melius deberet videre signum quam qui est in summitate, sicut patet per lineas ductas ab utroque ad signum. Et nulla alia huius rei causa est quam tumor aquae. Excludantur enim omnia alia impedimenta, sicut nebulae et vapores ascendentes. Item cum aqua sit quoddam corpus homogeneum, totum cum partibus erit eiusdem rationis. Sed partes aquae, sicut in guttulis et roribus herbarum accidit, rotundam naturaliter appetunt formam. Ergo et totum cuius sunt partes.

Quod autem terra sit in medio firmamenti sic patet. Existentibus in superficie terrae stellae apparent eiusdem quantitatis, sive sint in medio caeli, sive iuxta ortum, sive iuxta occasum, et hoc est quia terra aequaliter distat ab eis. Si enim terra magis accederet ad firmamentum in una parte quam in alia, aliquis existens in illa parte superficiei terrae quae magis accederet ad firmamentum non videret caeli medietatem. Sed hoc est contra Ptolomaeum et omnes philosophos dicentes quod ubicumque existat homo, sex signa ei oriuntur et sex occidunt, et medietas caeli ei apparet, medietas ei occultatur. Illud idem signum est quod terra sit tamquam centrum et punctus respectu firmamenti, quoniam si terra esset alicuius quantitatis respectu firmamenti, non contingeret caeli medietatem videre. Item intelligatur superficies plana super centrum terrae dividens eam in duo aequalia et ipsum firmamentum. Oculus igitur existentis in centro terrae videret medietatem firmamenti. Idem oculus in superficie terrae videret eandem medietatem. Ex his colligitur quod insensibilis est quantitas terrae quae est a superficie ad centrum, et per consequens quantitas totius terrae insensibilis respectu firmamenti. Dicit etiam Alfraganus quod minima stellarum fixarum visu notabilium maior est tota terra. Sed ipsa stella respectu firmamenti est quasi punctus. A multo ergo fortius terra, cum sit minor ea. Quod autem terra in medio omnium immobiliter teneatur, cum sit summe gravis, sic persuaderi videtur. Omne grave tendit ad centrum. Centrum vero quidem punctus est in medio firmamenti. Terra igitur, cum sit summe gravis, ad punctum illum naturaliter tendit. Item quicquid a medio removetur versus circumferentiam ascendit. Terra removetur a medio, ergo ascendit, quod pro impossibili relinquitur.

Totus autem orbis terrae ambitus auctoritate Ambrosii, Theodosii et Erat

2ᵐ° q̄ q̄ pudentes dn̄e pp̄inquiora sᵗ min' mouent'. vt sp̄e ⁊ corpa su
priora. mouent'. n. motu sᵘ. s. motu rp̄ris. Alie d̄ pudentie dn̄e re
motiora st̄. mag' mouent'. vt ista inf'iora. mouent'. n. h° ū solum
motu vois. h̄ ⁊ similitudinis. ⁊ negatiois. ⁊ st̄ nō pudentia d'na et
sic̄ dissinit tc. q' ā ca' pudentie dn̄e subest. ⁊ sitū. ⁊ ñ eg.

Aliq ponit ecto ... lxxxij.

totenes ph'ophor' ⁊ 41000 stadior' spa
cium qn̄e dissinit. Dn̄ vnicuiq quidē
360 ptiū zodiaci. 400. deputādā sta
dia. ¶ Sūpto g° astrolabio sub stella
te noctis claritate. ⁊ p vtrāq medicli
nij foramīe polo pspecto. notet' gradu
um nūq steñt medicliuiī. mitatudo
deīn pcedat cosimimetri directe contra
septentrionē q̄ni videt donec ī alterius
noctis claritate viso vt pius polo steñt
altius vno gradu medicliuiī. post hoc
mensᵘ sic huiᵘ itineris spaciū ⁊ inuenier
400. stadior'. Deīn datis vnicuiq 360.
graduū tot stadijs. terreni orbis ambitᵘ
inuent' erit. ¶ Ex hijs aūt iuxta circu
li dyametri regulam tre dyamet' sic inue
niri poīt. Auff' g° vicesimā scam ptem
circuitu tre. ⁊ remanētis tria ps 15
7 gogi. stadiū. ⁊ semis ⁊ tertia ps v
nius stadij. erit terreni orbis dyamet'
sive spissitudo.

Capitulum secundum

Horum aūt circulor' q̄
dā st̄ maiores q̄dā minores.
vt sentiri p3. ¶ Maior aūt circl's in spa dicit'
qui descp̄tus in supficie spere sup eius centrū
tāsiens speriā diuidit ī duo eq̄lia. ¶ Mi
nor uō d̄ descrip̄tᵘ in supficie spere eam nō
diuidit ī duo eq̄lia. s; ī ptiones ineq̄
les. ¶ Inter circl'os ū maiores primo di
cendū ē de eq̄nochiali. ¶ Est g° equinoc
tialis circl's quidā diuidēs spam in duo eq̄lia
scdm q̄libʒ sui ptē eque distās ab utroq
polo. ¶ Et dī eq̄nochial' qr qn̄ sol tn̄sit p
illū qd ē bis ī anno. scʒ ī pricipio arie
tis ⁊ ī pricipio libre ē eq̄nochiū in vniu
sa tra. Vn̄ ⁊ appellat' adequat' diei ⁊
noctis. qr adequat diē artificiale nocti
⁊ dī cingulᵘ p'mi motᵘ. ¶ Vn̄ sciēᵈ qd p'
mus motᵘ dī motᵘ p'mi mobil'. hoc ē no
ne spere siue celi vltimi. qui ē ab oriēte
per occidentē rediēs iterū ī oriētem. qui
⁊ dicit' motᵘ ronal' ad silitudinē motᵘ
ronis. qui ē ī microcosmo id ē ī hoīe. sci
licet qn̄ sit cōsidacō a creatore p creaturas
in creatorē ibi sistendo. ¶ Scd's motᵘ ē
firmamēti ⁊ planetar' cōtrariᵘ huic ab
occidente p oriētē iterū rediēs in occi
dentē. q motᵘ dī irronal' siue sensuali
tatis ad silitudinē motᵘ microcosmi
q ē a corruptibilibᵘ ad creatorē iterū rediēs
ad corruptibilia. ¶ Dicit' ⁊ cingulᵘ
primi motᵘ qr diuidit p'mū mobile sci
licet nonā sperā in duo eq̄lia eq̄ distās a
polis mūdi. ¶ Vn̄ notᵈ qr polus mūdi q̄
nobis semp apparet dī polus septētrional'
arcticᵘ ul' boreal'. ¶ Septētrional' dī a sep
temtrione hoc ē a minore vrsa. q dī a sep
tem ⁊ trion qd ē bos. qr septē stelle q̄ sunt
in vrsa minori tarde mouētur cū sint
ppinque polo. Vel dicūtur ille sepē
stelle septemtriones quasi septē teriones
eo qr terant ptes circa polū. ¶ Arcticᵘ d
icitur dī ab arcthos qd ē maior vrsa. Est
enī iuxta maiorē vrsam. ¶ Borealis ū
dī qr ē in illa pte aqua uenit boreas.
¶ Polus aūt oppositᵘ dī antarcticᵘ quasi
contra arcticū positᵘ. ¶ Dicit' ⁊ meridional'
qr est apte meridiei. ¶ Dicit' ⁊ austra
lis qr ē ī illa pte a q̄ venit auster. ¶ Isti
g° duo pūcta ī firmamēto stabilia dicū-
tur poli mūdi. qr spere axem terminānt. ⁊ ad
illos voluit' mūdᵘ. Quor' vnᵘ nob
semp apparet. Reliquᵘ uero occultat'. ¶ Vn̄
virgiliᵘ hic vertex nobis semp subli
mis. at illū. sub pedibᵘ stix atra videt
manesq profundi.

Est ⁊ alius circulᵘ in spa q̄ intersecat
eq̄nochialē. ⁊ intersecatur ab eodē ī
duas portiones eq̄les. ⁊ vna eiᵘ medie
tas declinat usq septemtrionē. alia v

-lis austrinum. Iste autem circulus zodiacus a zoe quod est vita, quia secundum motum planetarum sub illo est omnis vita in rebus inferioribus. Vel dicitur a zodias quod est animal, quia cum dividitur in xii partes equales, quelibet pars appellatur signum et habet nomen speciale a nomine alicuius animalis propter aliquam proprietatem convenientem ei et specialem quam animali, vel propter dispositionem stellarum fixarum in illis partibus ad modum huiusmodi animalium. Iste vero circulus latine dicitur signifer, quia fert signa vel quia dividitur in ea. Ab Aristotile vero in libro de generatione et corruptione dicitur circulus obliquus, ubi dicitur quod secundum accessum vel recessum solis in signifero obliquo fiunt generationes et corruptiones in rebus inferioribus. Nomina autem signorum, ordo et numerus in his patent versibus: Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, libraque, scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces. Quodlibet autem signum dividitur in 30 gradus, et secundum astronomos quilibet gradus dividitur in 60 minuta, quodlibet minutum in 60 secunda, quodlibet secundum in 60 tertia, et sic deinceps. Et sicut dividitur zodiacus ab astronomis, ita et quilibet circulus in spera sive maior sive minor in partes consimiles. Cum autem omnis circulus in spera preter zodiacum intelligatur linea circumferentialis, solus zodiacus intelligitur superficies habens in latitudine sua xii gradus, de quibus modi gradibus iam locuti sumus. Unde patet quod quidam mentiuntur in astrologia dicentes signa esse quadrata, nisi attribuentes hoc nomine idem quadratum et quadrangulum appellent. Signum enim habet 30 gradus in longitudine et xii in latitudine. Linea autem dividens zodiacum in circuitu ita quod ex una parte sui relinquit sex gradus et ex altera parte alios sex dicitur linea ecliptica, quoniam quando sol et luna sunt in linea sub illa contingit eclipsis solis aut lune.

Sol quidem semper discurrit sub ecliptica, omnes alii planete declinant vel versus septentrionem vel versus austrum, quandoque tamen sunt sub ecliptica. Pars vero zodiaci que declinat ab equinoctiali versus septentrionem dicitur septentrionalis vel borealis vel arctica, et illa sex signa que sunt a principio arietis usque in finem virginis dicuntur signa septentrionalia. Alia pars zodiaci que declinat ab equinoctiali versus meridiem dicitur meridionalis vel australis, et sex signa que sunt a principio libre usque in finem piscium dicuntur meridionalia vel australia. Cum autem dicitur sol esse in ariete vel in alio signo, sciendum quod in sumitur pro sub, secundum quod nunc accepimus signum. Alio autem modo accipitur signum prout imaginamur piramidem quadrilateram [signum] cuius basis est illa superficies quam appellamus signum, vertex vero eius est in centro terre. Et secundum hoc proprie loquendo possumus dicere planetas esse in signis. Tertio modo dicitur signum ut intelligantur sex circuli transeuntes super polos zodiaci et per principia xii signorum. Illi sex circuli dividunt totam superficiem spere in xii partes latas in medio, arctiores vero iuxta polos, et quelibet pars talis dicitur signum et habet nomen speciale a nomine illius signi quod intercipitur inter illas duas lineas. Et hoc modo accepto stelle que sunt iuxta polos dicuntur esse in signis. Item intelligitur quoddam corpus cuius basis sit signum sumptum ut iam ultimo accepimus signum, conus vero eius sit super axem zodiaci. Tale etiam corpus equivoca significatione dicitur signum. Secundum quod accepimus totus mundus dividitur in xii partes equales que dicuntur signa. Et sic quodlibet est in mundo est in aliquo signo.

Sunt autem alii duo circuli in spera minores, qui dicuntur coluri, quorum officium est distinguere solstitia et equinoctia. Dicitur autem colurus a colon quod est membrum et uros bos silvestris, quia sicut cauda bovis silvestris erecta que est eius membrum facit semicirculum et non perfectum, ita colurus semper imperfectus nobis apparet, cum tantum una medietas eius … Colurus igitur distinguens solstitia transit per

vii pz. q i toto zodiaco sunt 360 grad.

Orizon est circulus dividens ... emisperium ... [illegible] ... orizon obliquus dicitur artificialis ... secundum diversa climata ... polus articus elevatur ... [illegible] ... elevationem et depressionem poli ... climatis orizontes [illegible]

polos mundi et per polos zodiaci et per maximas solis declinationes, hoc est per primos gradus cancri et capricorni. Unde primus gradus vel punctus cancri ubi iste colurus intersecat zodiacum dicitur punctus solstitii estivalis, quia quando sol est in eo est solstitium estivale, et quando sol non potest magis accedere ad cenith capitis nostri. Est autem cenith punctus in firmamento directe capitibus nostris suppositus. Arcus vero coluri qui intercipitur inter punctum solstitii estivalis et equinoctialem appellatur maxima solis declinatio, et est secundum Ptholomeum xxiij graduum et 33 minutorum. Similiter primus punctus capricorni dicitur punctus solstitii hiemalis, et arcus coluri interceptus inter punctum illum et equinoctialem dicitur alia maxima solis declinatio, et est equalis priori. Alter autem colurus transit per polos mundi et per prima puncta arietis et libre ubi sunt duo equinoctia, unde appellatur colurus distinguens equinoctia. Isti autem duo coluri intersecant se super polos mundi ad angulos rectos spericales. Signa autem solstitiorum et equinoctiorum patent hiis versibus: Hec duo solstitia faciunt cancer, capricornus, sed noctes equant aries et libra diebus.

Sunt iterum alii duo circuli maiores in spera, scilicet meridianus et orizon. Est autem meridianus circulus quidam transiens per polos mundi et per cenith capitis nostri. Et dicitur meridianus quia ubicumque sit homo et quocumque tempore anni, quando sol motu firmamenti pervenerit ad suum meridianum, est illi meridies. Consimili ratione dicitur circulus medii diei. Et notandum quod civitates quarum una magis accedit ad orientem quam alia diversos habebunt meridianos. Arcus vero equinoctialis interceptus inter duos meridianos dicitur longitudo civitatum. Si autem due civitates eundem habeant meridianum, tunc equaliter distant ab oriente et occidente. Orizon vero est circulus dividens inferius hemisperium a superiori, unde appellatur orizon id est terminator visus. Dicitur etiam orizon circulus hemisperii. Est autem duplex orizon, scilicet rectus et obliquus sive declivus. Rectum orizontem et speram rectam habent illi quorum cenith est in equinoctiali, quia illorum orizon est circulus transiens per polos mundi dividens equinoctialem ad angulos rectos spericales. Unde dicitur orizon rectus et spera recta. Obliquum orizontem sive declivem habent illi quibus polus mundi elevatur super orizontem. Quoniam orizon illorum intersecat equinoctialem ad angulos impares et obliquos, unde dicitur orizon obliquus et spera obliqua sive declivis. Cenith autem capitis nostri semper est polus orizontis. Unde ex hiis patet quod quanta est elevatio poli mundi super orizontem tanta est distantia cenith ab equinoctiali. Quod sic probatur: in quolibet die naturali uterque colurus bis iungitur meridiano sive idem quod meridianus quilibet de uno plura et de reliquo. Sumatur ergo quarta pars coluri distinguentis solstitia que est ab equinoctiali usque ad polum mundi. Sumatur item quarta pars eiusdem coluri que est a cenith usque ad orizontem, cum cenith semper sit polus orizontis. Iste due quarte cum sint quarte eiusdem circuli inter se sunt equales. Sed si ab equalibus equalia demantur vel idem commune, residua erunt equalia. Dempto ergo communi arcu, scilicet qui est inter cenith et polum mundi, residua erunt equalia, scilicet elevatio poli mundi super orizontem et distantia cenith ab equinoctiali.

Dicto de sex circulis maioribus dicendum est de quatuor minoribus. Notandum ergo quod sol existens in primo puncto cancri sive in puncto solstitii estivalis raptu firmamenti describit quendam circulum qui ultimo describitur

Marginal notes (left column): polos mundi et ... distantia poli mundi. — 23 gradus 51 minuta secundum Almeon. — xxiiij gradus. — Almeon invenit ... dixisse 23 gradus ... tabulis astronomicis. — ... distantia ... — civitates equaliter distantes a polis.

est a sole ex parte poli artici. ¶ Unde appellatur circulus solsticii estivalis ratione superius dicta, vel tropicus estivalis a tropos quod est conversio. Cum enim tunc sol incipit se convertere ad inferius hemisperium respectu nostri. ¶ Sol iterum existens in primo puncto capricorni sive solsticii hiemalis in raptu firmamenti describit quendam circulum qui ultimus describitur a sole ex parte poli antartici. ¶ Unde appellatur circulus solsticii hiemalis sive tropicus hiemalis quia tunc sol convertitur ad nos. ¶ Cum autem zodiacus declinet ab equinoctiali et polus zodiaci declinabit a polo mundi. ¶ Cum igitur moveatur octava sphera et zodiacus qui est pars eius circa axem mundi et polus zodiaci movebitur circa polum mundi. ¶ Iste igitur circulus quem describit polus zodiaci circa polum mundi articum dicitur circulus articus. ¶ Ille vero circulus quem describit alter polus zodiaci circa polum mundi antarticum dicitur circulus antarticus. ~~Quanta est maxima~~

¶ Quanta est maxima solis declinatio ab equinoctiali tanta est distantia poli mundi a polo zodiaci. ¶ Et sic patet: sumatur colurus distinguens solsticia qui transit per polum mundi et per polos zodiaci. ¶ Cum igitur omnes quarte unius et eiusdem circuli inter se sint equales, quarta huius coluri que est ab equinoctiali usque ad polum mundi erit equalis quarte eiusdem coluri que est a primo puncto cancri usque ad polum zodiaci. ¶ Ergo ab illis equalibus dempto communi arcu, id est qui est a primo puncto cancri usque ad polum mundi articum, residua erunt equalia, scilicet maxima solis declinatio et distantia poli mundi usque ad polum zodiaci. ¶ Cum autem circulus articus secundum quamlibet sui partem eque distet a polis mundi, patet quod illa pars coluri que est inter primum punctum cancri et circulum articum fere dupla est ad maximam solis declinationem sive ad arcum eiusdem coluri qui incipit inter circulum articum et polum mundi articum, qui est equalis maxime solis declinationi. Cum autem colurus sicut et quilibet circulus maior sit 360 graduum, quarta eius erit 90 graduum. ¶ Cum igitur maxima solis declinatio secundum Ptholomeum sit xxiij graduum et 51 minuta, et tanta graduum sit arcus qui est inter circulum articum et polum articum, [duo] simul iuncta que fere faciunt 48 gradus subtrahantur a 90, residuum erit 42 gradus. Quantus est arcus coluri qui est inter primum punctum cancri et circulum articum.

Ex hoc sic patet quod iste arcus fere duplus est ad maximam solis declinationem.

Notandum autem quod equinoctialis cum quatuor dictis minoribus sunt quinque paralelli, id est eque distantes, non quod quilibet distet prius a quolibet tantum secundum arcum, quod hoc falsum est, sicut ita patet, sed quod quilibet duo circuli similes sumpti secundum quamlibet sui partem eque distant ab invicem. ¶ Et dicitur paralellus equinoctialis, paralellus solsticii estivalis, paralellus solsticii hiemalis, paralellus articus, paralellus antarticus. ¶ Et notandum est quod quatuor paralelli minores cum equinoctiali, scilicet duo tropici et paralellus articus et paralellus antarticus, distinguunt in celo quinque zonas sive quinque regiones. Unde Virgilius: Quinque tenent celum zone. ¶ Distinguuntur etiam totidem plage in terra directe predictis zonis supposite. Unde Ovidius: totidemque plage tellure premuntur. ¶ Illa igitur zona que est inter duos tropicos dicitur inhabitabilis propter calorem solis ibi semper discurrentis inter duos tropicos. ¶ Similiter plaga terre illi directe supposita dicitur inhabitabilis propter fervorem solis semper discurrentis super illam. ¶ Ille vero due zone quas circumscribunt circulus articus et circulus antarticus circa polos mundi sunt inhabitabiles propter nimiam frigiditatem quia sol absens

Nondum quod ortus aliud matutinus aliud vespertinus. Matutinus est ubi aliqua stella solis ortum precedit post mediam noctem. Vespertinus est ubi post occasum solis aliqua stella apparuit.

maxime removetur. Similiter intelligatur de plagis terre illis directe suppositis. Ille sunt due zone quarum una est inter tropicum estivalem et circulum articum, et reliqua que est inter tropicum hyemalem et circulum antarticum habitabiles sunt et temperate a calore torride zone existentis inter duos tropicos et frigiditate zonarum extremarum que sunt circa polos mundi. Item intelligatur de plagis terre illis directe suppositis.

Capitulum tertium

Signorum autem ortus et occasus duplex accipitur. Enim quantum ad poetas et quantum ad astronomos. Est igitur ortus et occasus signorum quo ad poetas triplex. Cosmicus enim ortus sive mundanus est quando signum vel stella super orizontem ex parte orientis ascendit de die. Et licet in quolibet die artificiali sex signa sic oriantur, tamen antonomastice signum illud dicitur cosmice oriri cum quo et in quo sol mane oritur. Et hic ortus principium et commendatio temporalis dicitur. De hoc ortu habemus exemplum in georgicis ubi docetur satio leguminum scilicet fabarum et milii in vere scilicet sole existente in tauro sic: Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus et adverso cedens canis occidit astro.

Cosmicus ortus pertinet ad diem artificialem.

Occasus vero cosmicus est oppositio. Quando sol oritur cum aliquo signo cuius signum oppositum occidit cosmice. De hoc autem occasu dicitur in georgicis ubi docetur satio frumenti in mense autumpni sole existente in scorpione qui cum oritur cum sole taurus eius oppositus ubi sunt pleiades occidit sic: Ante tibi eoe atlantides abscondantur Debita quam sulcis committas semina. Cronicus ortus sive temporalis est quando signum vel stella post solis occasum super orizontem ex parte orientis emergit. Et dicitur temporalis ortus quia quod mathematicorum nascitur cum solis occasu.

Cronicus ortus pertinet ad noctem.

De hoc ortu habemus in ovidio de fastis ubi conqueritur moram exilii sui dicens: Quattuor autumpnos pleias orta facit. Significans per quattuor autumpnos quattuor annos transivisse postquam missus erat in exilium. Sed virgilius volunt tamen in autumpno pleiades occidere. Ergo contrarium videtur. Sed dicendum quod secundum virgilium occidunt cosmice mane, secundum ovidium oriuntur cronice vespere. Quod bene potest contingere in eodem die sed differenter. Quia cosmicus occasus est respectu temporis matutini, cronicus ortus vero est respectu temporis vespertini. Cronicus autem occasus est oppositio. Unde lucanus: Tunc nox thessalicas urgebat parva sagittas.

Tunc quando sol est in geminis urgebat occidere.

Eliacus ortus sive solaris est quando signum vel stella potest videri propter elongationem solis ab illo quod prius videri non poterat solis propinquitate. Huius exemplum ponit ovidius in fastis sic: simul obliquus subsedit aquarius urna. Item virgilius in georgicis: Gnosiaque ardentis descendit stella corone, que iuxta scorpionem existens non videbatur dum sol erat in scorpione. Occasus autem eliacus est quando sol ad aliquod signum accedit et illud sua presentia videri non permittit. Exemplum huius est in versu iam premisso: Taurus et adverso cedens canis occidit astro.

Sequitur de ortu et occasu signorum prout sumuntur astronomice et primo in spera recta. Modus quidem quod ortus vel occasus alicuius signi nihil aliud est quam illam partem equinoctialis oriri que oritur cum illo signo orizontem ascendente super orizontem vel illam partem equinoctialis occidere que occidit cum illo signo occidente tendente sub orizontem. Signum autem recte oriri dicitur cum quo maior pars equinoctialis oritur. Oblique cum quo minor. Similiter intelligendum est de occasu. Et sciendum quod qua

[illegible]

quatuor quarte zodiaci in spera recta incipientes a quatuor punctis duobus solsticialibus scilicet et duobus equinoctialibus adequantur suis ascensionibus, id est quantum tempus consumit quarta zodiaci in suo ortu, in tanto tempore quarta equinoctialis illi continualis poterit. Sed partes illarum quartarum variantur nec habent equales ascensiones sicut iam patebit. Est autem regula: quilibet duo arcus zodiaci equales et equaliter distantes ab aliquo quatuor punctorum iam dictorum equales habent ascensiones in spera recta. Et hoc est quod dicit Lucanus in viiij loquens de passu Catonis in Libyam versus equinoctialem:

Non obliqua meat nec tauro rectior exit
Scorpius, aut aries donat sua tempora libre,
aut astrea iubet lentos descendere pisces.
Par geminis chiron et idem quod carcinus ardens
humidus egoceros nec plus leo tollitur urna.

Hic dicit Lucanus quod existentibus sub equinoctiali signa opposita equales habent ascensiones et occasus. Oppositio autem signorum per hunc versum habetur: Est li. ari. scor. tau. sa. gemi. capri. can. le. a. pis. vir.

Et notandum quod non valet talis argumentatio: isti duo arcus sunt equales et incipiunt simul oriri et semper maior pars oritur de uno quam de reliquo, ergo ille arcus citius semper peroritur cuius maior pars semper oriebatur. Instantia autem huius argumentationis manifesta est in predictis quatuor quartis predictis. Si enim sumatur quarta pars zodiaci que est a principio arietis usque in finem geminorum, semper maior pars oritur de quarta zodiaci quam de quarta equinoctialis sibi continuali, et tamen ille due quarte simul poriuntur. Idem intellige de quarta zodiaci que est a principio libre usque in finem sagittarii. Item sumatur quarta pars zodiaci que est a principio cancri usque in finem virginis, semper maior pars oritur de quarta equinoctialis quam de quarta zodiaci sibi continuali, et tamen ille due quarte simul poriuntur. Idem intellige de quarta zodiaci que est a principio capricorni usque in finem piscium.

In spera autem obliqua sive declivi due medietates zodiaci adequantur suis ascensionibus: medietates dico que sumuntur a duobus punctis oppositis equinoctialibus. Quia medietas zodiaci que est a principio arietis usque in finem virginis oritur cum medietate equinoctialis sibi continuali. Similiter alia medietas zodiaci cum reliqua medietate equinoctialis. Partes autem illarum medietatum variant suas ascensiones. Quia in illa medietate zodiaci que est a principio arietis usque in finem virginis semper maior pars oritur de zodiaco quam de equinoctiali, et tamen ille medietates semper simul poriuntur. E converso contingit in reliqua medietate zodiaci que est a principio libre usque in finem piscium: semper enim maior pars oritur de equinoctiali quam de zodiaco, et tamen ille medietates simul poriuntur. Unde hic per instantiam manifestior contra argumentationem supra dictam. Arcus autem qui succedunt arieti usque in finem virginis in spera obliqua minuunt ascensiones suas super ascensiones eorundem arcuum in spera recta. Et arcus qui succedunt libre usque in finem piscium in spera obliqua augent ascensiones suas super ascensiones eorundem arcuum in spera recta. Augent dico secundum quantitatem tantam in quantam arcus succedentes arieti minuunt illas. Et hoc patet: duo arcus equales et oppositi in spera declivi habent ascensiones suas coniunctas equales ascensionibus eorundem arcuum in spera recta simul sumptis

[illegible]

Contrarietas circuli solis. Dicitur quod elevatio vel depressio circuli solis non est cum inequalitate dierum ... plus moratur sol in uno signo quam in alio ... plus moratur sol in uno signo quam in alio signo ... et sic est in aliis signis minor vel maior mora solis secundum accessum vel recessum ab auge ... in geminis moratur sol per 32 dies, in sagittario ... in opposito per 29 ... orizon dividit speram in duo equalia ... et quia obliquus orizon dividit solum equinoctialem ... ideo dies et noctes sunt inequales.

Continuatio aplanes facit ut celum circumducto alio planete a firmamento revolvatur ... ascendens vel descendens, ut cum sol in die naturali circumducatur a firmamento ... ab oriente in occidentem ... moti planete ... motum aplanes ... motu ...

79

circuli quanta est diminutio tanta est additio ex altera parte. Et ergo quidem in sphera obliqua quilibet duo equaliter distantes ab altero punctorum equinoctialium inequales habent ascensiones. Et est notandum quod dies naturales sunt inequales. Et est enim dies naturalis revolutio equinoctialis cum tanta parte quantam sol interim pertransit motu proprio contra firmamentum. Et cum ascensiones illorum arcuum sint inequales, ut patet per predicta tam in sphera recta quam obliqua, et penes additamenta illarum ascensionum considerantur dies naturales, de necessitate illi erunt inequales. Et in sphera recta propter unam causam, scilicet propter obliquitatem zodiaci, in sphera vero obliqua duabus de causis, scilicet propter obliquitatem zodiaci et obliquitatem orizontis. Tertia causa soli assignari contrarietas circuli solis.

Notandum est quod sol tendens a primo puncto capricorni usque ad primum punctum cancri raptu firmamenti describit 180 parallelos, et isti omnes non sunt circuli sed spire; cum tamen non sit sensibilis error, ideo non constituantur circuli et appellentur. De numero quorum sunt duo tropici et equinoctialis. Item totidem descendens describit sol raptu firmamenti descendens a primo puncto cancri per libram usque ad primum punctum capricorni. Et isti circuli dierum naturalium circuli appellantur. Arcus autem qui sunt super orizontem sunt arcus dierum artificialium, arcus vero qui sunt sub orizonte sunt arcus noctium. Et in sphera igitur recta cum orizon transeat per polos mundi dividit omnes istos circulos in partes equales. Unde tanti sunt arcus dierum quanti sunt arcus noctium apud existentes sub equinoctiali. Et unde patet quod existentibus sub equinoctiali in quacumque parte firmamenti sit sol semper est equinoctium. Et in sphera autem declivi orizon obliquus dividit solum equinoctialem in duas partes equales. Unde quando sol est in altero punctorum equinoctialium tunc arcus diei adequatur arcui noctis et est equinoctium in universa terra. Et omnes vero alios circulos dividit orizon obliquus in partes inequales. Itaque in omnibus circulis qui sunt ab equinoctiali usque ad tropicum cancri et in ipso tropico cancri maior est arcus diei quam noctis, id est arcus super orizontem maior quam arcus sub orizonte. Unde in toto tempore quo sol movetur a principio arietis per cancrum usque in finem virginis maiorantur dies super noctes, et tanto plus maiorantur quanto magis sol accedit ad cancrum. Et in omnibus aliis circulis qui sunt inter equinoctialem et tropicum capricorni maior est arcus sub orizonte quam super orizontem; unde arcus diei minor est quam arcus noctis. Et secundum proportiones arcuum minorantur dies supra noctes, et quanto circuli sunt propinquiores tropico hyemali tanto magis minorantur dies. Unde videtur quod si sumantur duo circuli eque distantes ab equinoctiali ex diversis partibus, quantus est arcus diei in uno tantus est arcus noctis in reliquo. Et ex quo sequitur videre quod si sumantur duo dies naturales in anno equaliter remoti ab altero equinoctiorum in oppositis partibus, quanta est dies artificialis unius tanta est altera nox et econverso. Et hoc est quantum ad vulgi sensibilitatem ... orizontis sumptione. Non enim precise sol circuit firmamentum in obliquitate zodiaci verius dividatur. Quanto quidem plus polus mundi elevatur super orizontem tanto maiores sunt dies estivi quando sol est in signis septentrionalibus. Et est econverso quando sol est in signis australibus tanto enim

[Marginal notes:]
in una parte
arcus
Contrarietas circuli solis ... prope vel remote ...
Spira ... reversa ad idem punctum ... circuli ...
Dies dierum ... noctium ...
Oppositum ex predictis ...
Albumasar ... signa ...

maiores ascensionibus quia in ipsis oritur maior pars equinoctialis et econtrario minor. Et est e converso de aliis sex signis. Unde illa sex signa hoc loco dicuntur sex signa recte oriri quia directe ascendunt super cenith capitis nostri. Oblique autem dicuntur oriri quia non recte ascendunt super capita nostra. [illegible]

magis minorant dies super noctes.
¶ Notandum est quod sex signa que sunt a principio cancri per libram usque in finem sagittarii habent ascensiones suas simul iunctas maiores ascensionibus reliquorum sex signorum que sunt a principio capricorni per arietem usque in finem geminorum. Unde illa sex signa prius dicta dicuntur recte oriri. Illa sex ultimo dicta oblique. ¶ Unde versus:
Dum recta meant obliqua cadunt a sidere cancri. Donec finitur chiron. sed cetera signa. Sic ascendunt prius descendunt acumine recto. ¶ Et quando nobis est maxima dies in estate scilicet sole existente in principio cancri tunc oriuntur de die sex signa directe orientia, de nocte vero sex obliqua. ¶ Econverso quando nobis est minima dies in anno scilicet sole existente in principio capricorni tunc de die oriuntur sex signa oblique orientia, de nocte vero sex directe. Quando vero sol est in altero punctorum equinoctialium tunc de die oriuntur tria signa directe orientia et tria oblique et de nocte similiter. ¶ Est enim regula quantumcumque brevis vel prolixa sit dies vel nox sex signa semper oriuntur de die et sex de nocte nec propter prolixitatem vel brevitatem diei vel noctis plura signa vel pauciora oriuntur. ¶ Ex hiis colligitur quod cum hora naturalis sit spatium temporis in quo medietas signi oritur in equalibus die artificiali sunt xii hore naturales similiter et in nocte. ¶ In omnibus autem aliis circulis qui sunt a latere equinoctialis vel ex parte australi vel septentrionali maiorantur vel minorantur dies vel noctes secundum quod plura vel pauciora de signis directe orientibus vel oblique oriuntur de die vel de nocte.

Notandum autem quod illis quorum cenith est in equinoctiali sol bis in anno transit per cenith capitis eorum scilicet quando sol est in principio arietis et in principio libre et tunc sunt illis duo alta solsticia quia tunc sol directe transit super caput eorum. ¶ Sunt iterum illis duo ima solsticia quando sol est in primis punctis cancri et capricorni et dicuntur ima quia tunc sol maxime removetur a cenith capitis eorum. ¶ Ex predictis patet quod cum semper habeant equinoctium in anno quatuor habebunt solsticia, duo alta et duo ima. ¶ Patet etiam quod habeant duas estates scilicet sole existente in altero punctorum equinoctialium vel prope. ¶ Duas etiam habent hyemes scilicet sole existente in primis punctis cancri et capricorni vel prope. ¶ Et hoc est quod dicit Alfraganus quod hyems et estas unius sunt illis unius et eiusdem complexionis. Quoniam illa duo tempora que sunt nobis hyems et estas sunt illis due hyemes. ¶ Unde ex hiis patet illud Lucani expositio. Deprehensum est hunc esse locum quo circulus alti solsticii medium signorum perciat orbem. Ibi enim appellat Lucanus circulum alti solsticii equinoctialem in quo coniunguntur duo alta solsticia sub equinoctiali existentibus. Orbem signorum appellat zodiacum, quem medium id est mediantem hoc est divisum in duo media equinoctialis perciat id est dividit. ¶ Illis est contingit in anno quatuor umbras habere. Quando enim sol est in altero punctorum equinoctialium tunc in mane iactatur umbra eorum versus occidentem. In vespere vero contra. In meridie est illis umbra perpendicularis cum sol sit super caput eorum. ¶ Cum autem sol sit in signis septentrionalibus tunc iactatur umbra eorum versus austrum. Quando autem in australibus est sol tunc iactatur umbra eorum versus septentrionem. ¶ Illis autem

Int9 equnoctiale 7 tropicum cancri dicit esse insula .x. cubitis ... qui dicuntur macrobii .i. homines .xii. cubitorum longitudinis. 7 pigmei .i. homines duorum cubitorum longitudinis. 7 ... .i. homines unum pedem habentes. quos ... 7 homines non habentes capita. 7 ... homines oculos habentes ... pectora.

orime 7 occidunt stelle que sunt iuxta polos sicut 7 quibusdam aliis habitantibus circa equinoctiale. Unde lucanus. Tunc furor extremos mouit romanus horestas Carmanosque duces quorum iam flexus in austrum. Ether non totam mergi tamen aspicit arcton. Lucet 7 exigua velox ubi nocte boetes. Ergo nigrescit 7 plurimum lucet. Et ouidius de eadem stella. Tingitur occeano custos herimanthidos urse. equoreasque suo sidere turbat aquas. Ergo ei dicit quod spera recta. Justum autem non ille stelle nunquam tendunt ad occasum. Unde virgilius. hic vertex nobis semper sublimus at illum. sub pedibus stix atra tenet manesque profundi. Item lucanus. Axis inocciduus gemina clarissimus arcto. Item virgilius. Arctos oceani metuentes equore tingi. Illis autem qui sunt inter equinoctialem 7 tropicum cancri contingit bis in anno quod sol transit per cenith capitis eorum. Et sic patet. Intelligatur circulus parallellus equinoctiali existens per cenith capitis eorum. Iste circulus intersecabit zodiacum in duobus locis eque distantibus a principio cancri. Sol ergo existens in illis punctis duobus transit per cenith capitis eorum. Unde duas habent estates 7 duas hiemes 7 quatuor solsticia 7 quasi umbras sicut existentes sub equinoctiali. In tali situ dicitur quidam arabiam esse. Unde lucanus loquens de arabibus uenientibus romam in auxilium pompeio. Ignotum nobis arabes uenistis in orbem. Umbras mirati nemorum non ire sinistras. Cum in partibus suis quandoque essent illis umbre dextre quandoque sinistre quandoque perpendiculares. quandoque orientales quandoque occidentales. Sed quando venerunt romam circa tropicum cancri.

tunc semper habuerunt umbras septentrionales. Illis siquidem quorum cenith est in tropico cancri contingit quod semel in anno sol transit per cenith capitis eorum scilicet quando sol est in primo puncto cancri. 7 tunc in una hora unius diei totius anni est illis umbra perpendicularis. In tali situ dicitur syene ciuitas esse. Unde lucanus. umbras nusquam flectente syene. Per intellige in meridie unius diei. 7 per residuum totius anni iacet illis umbra septentrionalis. Illis autem quorum cenith est inter tropicum cancri 7 circulum arcticum contingit quod sol semper nunquam transit per cenith capitis eorum 7 illis semper iacetur umbra versus septentrionem. qualis est situs noster. Notandum est quod ethiopia uel aliqua eius pars est circa tropicum cancri. Unde lucanus. Ethiopumque solum quod non premeretur ab ulla signiferi regione poli. nisi poplite lapso ultima curuati procederet ungula tauri. Dicitur enim quod ibi sumitur signum equo... pro duodecima parte zodiaci. 7 pro forma animalis quod sit in maiore sui parte est in signo quod denotatur. Unde taurus cum sit in zodiaco secundum maiorem sui partem tamen excedit pede suo ultra tropicum cancri 7 ita premit ethiopiam. licet nulla pars zodiaci premat eam. Si enim pars tauri de qua loquitur auctor extenderetur uersus equinoctialem ut esset in directo arietis uel alterius signi tunc premeretur ab ariete uel uirgine uel aliis signis. Et patet per circulum parallellum equinoctiali circumductum per cenith capitis ethiopum tangere 7 virginem 7 talia signa. Sed cum prophyta de hoc contradicatur. sion enim ... esse ... 7 si in regione temperata nasceretur 7 habitabit. Dicendum quod illa pars ethi

Marginalia (left): ...ethiopes ... regio ... ethiopes ... de quibus ... qui ... equinoctialem 7 tropicum cancri.

Lucanus ... ab ... de axe ... gemina ... clarissimus arcto.

Marginalia (right): In syene fodiunt puteum .lo. cubitorum 7 in eo uidetur radius solis recte ... ad profundum.

Illa quorum cenith ... circa ... equinoctialem ... gradus ... medium illius ...

oportet dicta loquitur lucanus et sub equinoctiali circulo et quia pes tauri de quo loquitur extenditur versus equinoctialem. Q[uo]d distinguntur inter signa cardinalia et regiones. Signa cardinalia dicuntur duo signa in quibus contingunt duo solsticia et duo in quibus contingunt duo equinoctia. Regiones vero appellantur signa intermedia et per hoc patet quod cum ethiopia sit sub equinoctiali non premitur ab aliqua regione signiferi sed tantum a duobus signis cardinalibus scilicet ariete et libra. Illis quidem quorum cenith est in circulo artico contingit in quolibet die anni quod cenith capitis eorum est idem cum polo zodiaci et tunc habent zodiacum sive eclipticam pro orizonte. Et hoc est quod dicit alfraganus quod circulus ibi zodiaci flectitur super circulum hemisperii. Sed cum firmamentum continue moveatur circulus orizontis intersecabit zodiacum in instanti et cum sint maximi circuli in spera intersecabit eum in partes equales. Unde statim una medietas zodiaci erigitur super orizontem et reliqua sub orizonte deprimitur. Et hoc est quod dicit alfraganus quod ibi occidunt repente sex signa et reliqua sex oriuntur cum toto equinoctiali. Cum enim ecliptica sit illorum orizon sole existente in primo puncto cancri erit illis unus dies 24 horarum et quasi in instanti pro nocte quia quasi in instanti sol tangit orizontem et statim erigitur super et ille contactus est illis pro nocte. E converso contingit sole existente in primo puncto capricorni. Erit enim illis una nox 24 horarum et quasi instans pro die. Illis autem quorum cenith est inter circulum articum et polum mundi articum contingit quod orizon illorum intersecat zodiacum in punctis duobus eque distantibus a principio cancri et in revolutione firmamenti contingit quod illa portio firmamenti zodiaci intercepta semper relinquatur supra orizontem. Unde patet quod quamdiu sol est in illa portione erit dies unus continuus sine nocte. Ergo si illa portio fuerit ad quantitatem unius signi erit ibi continuus dies unius mensis sine nocte. Si fuerit ad quantitatem duorum signorum erit ibi dies continuus sine nocte ad quantitatem duorum mensium et sic deinceps. Similiter contingit eisdem quod portio intercepta ab illis duobus punctis equaliter distantibus a principio capricorni semper relinquatur sub orizonte. Unde quando sol est in illa portione erit una nox continua sine die brevius vel longa secundum quantitatem intercepte portionis. Signa autem reliqua que eis oriuntur et occidunt preposterè eis oriuntur et occidunt. Oriuntur autem preposterè sicut taurus contra arietem aries ante pisces pisces ante aquarium et tamen signa hiis opposita oriuntur recto ordine. Occidunt preposterè ut scorpius ante libram libra ante virginem et tamen signa hiis opposita occidunt directe. Illis autem quorum cenith est in polo artico contingit quod eorum orizon idem est quod equinoctialis. Unde cum equinoctialis intersecat zodiacum in partes equales sic et illorum orizon relinquit medietatem zodiaci supra terram reliquam infra. Unde cum sol discurrit per illam medietatem que est a principio arietis usque in finem virginis erit dies continuus sine nocte. Et cum sol discurrit in reliqua medietate que est a principio libre usque in finem piscium erit una nox continua sine die et una medietas totius anni erit illis una dies artificialis et alia medietas est una nox. Unde totus annus est ibi unus dies naturalis. Sed cum ibi numquam magis 23 gradibus

vapor humidus elevatus — subtilis: vel frigidus et proportionale calori et ita oritur ros; vel frigus vincens calorem et ita fit pruina.
grossus: aut totaliter frigidus et ita fit pluvia;
aut excellens: vel omnino expellens calorem et ita fit grando; vel solum frigus calorem et ita nix oritur.

sol sub orizonte reperiatur, videtur quod illis sit dies continuus sine nocte. Nam et nobis dies dicitur cum solis ortum supra orizontem. Hoc autem est quantum ad vulgi sensibilitatem. Non enim est dies artificialis quantum ad philosophicam rationem nisi ab ortu solis super orizontem usque ad eius occasum sub orizontem. Ad hoc ergo quod lux ibi videtur est pretera dicendum quod aer ibi est nubilosus vel nebulosus et spissus. Radius enim solaris incurrens debilis virtutis magis de vaporibus sursum in mente elevat quam consumere valeat. Unde aerem non serenat.

(Left margin: Ab ortu usque ad occasum solis sol nobis apparet super orizontem. Cum nobis videtur in mane quod dies [illegible] sole [illegible] super orizontem [illegible] sol [illegible] orizonte.)

Ymaginetur autem circulus quidam in superficie terre directe suppositus equinoctiali. Intelligatur et alius circulus in superficie terre transiens per orientem et occidentem et per polos mundi. Isti duo circuli intersecant se in duobus locis ad angulos rectos spericos, et dividunt totam terram in quatuor partes. Quarum una est nostra habitabilis. Illa scilicet que intercipitur inter semicirculum ductum ab oriente in occidentem et superficie equinoctialis et semicirculum ductum ab oriente in occidentem per polum articum. Nec tamen illa tota est habitabilis. Cum partes illius propinque equinoctiali inhabitabiles sunt propter nimium calorem. Similiter partes eius propinque polo artico inhabitabiles sunt propter nimiam eius frigiditatem. Intelligatur ergo linea una equidistans ab equinoctiali dividens partes eius quarte inhabitabiles propter nimium calorem a partibus habitabilibus que sunt versus septentrionem. Intelligatur et alia linea equidistans a polo artico dividens partes quarte inhabitabiles propter frigus a partibus habitabilibus que sunt versus equinoctialem. Inter illas ergo duas lineas extremas intelligantur sex linee parallele equinoctiali que cum duabus prioribus dividunt partem totalem quarte inhabitabilem in septem portiones que dicuntur septem climata. Medium igitur primi climatis est ubi maioris diei prolixitas est 13 horarum et elevatur polus mundi supra orizontem 16 gradibus et dicitur clima dyameroes. Initium vero eius est ubi diei prolixitas est 12 horarum et dimidie et quarte partis unius hore et elevatur polus supra orizontem 12 gradibus et dimidio et quarta unius. Et extenditur eius latitudo usque ad locum ubi longitudo prolixitatis diei est 13 horarum et quarte unius et elevatur polus 20 gradibus et dimidio. Et est spatium terre 440 miliariorum. Medium autem secundi climatis est ubi maior dies est 13 horarum et dimidie et elevatio poli super orizontem 24 graduum et quarte partis unius. Et dicitur clima dyasienes. Latitudo vero eius est a termino primi climatis usque ad locum ubi sit dies prolixior 13 horarum et dimidie et quarte partis unius hore et elevatur polus 27 gradibus et dimidio. Et est spatium terre 400 miliariorum. Medium tertii climatis est ubi sit longitudo diei prolixioris 14 horarum et elevatio poli supra orizontem 30 graduum et dimidii et quarte partis unius. Et dicitur clima dyalexandrios. Latitudo vero eius est ex termino secundi climatis usque ubi dies prolixior est 14 horarum et quarte unius et altitudo poli 33 graduum et duarum terciarum. Et spatium terre est 350 miliariorum. Medium quarti climatis ubi maior dies est 14 horarum et dimidie et eius altitudo 36 graduum et duarum quintarum

(Right margin: Et per intelligatur de horis equinoctialibus sive equalibus. — In 2o clymate in medio insula arabum [illegible] — In 3o clymate Alexandria [illegible] — In quarto clymate [illegible])

Nota quod radii solares sunt duplices, quidam reflexi, quidam incidentes. Reflexi dicuntur qui super aliquod obiectum replectuntur ad angulos equales vel rectos plus mediante. Incidentes dicuntur qui nullo obiecto obstante medium ulterius et ad angulos acutos. Tunc autem radii reflexi calorem generant, incidentes vero non vel parum. Cum igitur sol est propinquus cenith nostro, dirigunt radii sui magis ad angulos rectos, et inde super terram nostram habitabilem reflectuntur et in terra nostra calorem generant et est nobis estas. Cum vero sol maxime removetur a cenith nostro, sicut dum est in capricorno, habet radios incidentes et ad angulos acutos nisi solum in terra nostra habitabili reflexos, et ideo tunc est nobis hiems.

Cum autem ex quo sol fortius calefacit ceteris stellis sunt iste. Prima causa est magnitudo solis, unde quia sol fortior est eius effectus. Secunda causa est solaris corporis spissitudo, inter omnes stellas. Tertia causa est lumen, quod in ipso est plus calefacit ... aliis luminaribus, et ideo fortiores emittit radios et magis ... Quarta causa est subtilitas substantie eius et puritas, ... Quinta causa est ... habet motum igneum. Sic sphera stellarum fixarum habet motum ... et sphera aliorum duorum planetarum habet motum aereum.

et dicitur clima diarodou. Latitudo vero eius que est ex termino tertii climatis usque ubi dies prolixior est 14 horarum et dimidie et quarte unius et elevatio poli 39 graduum. Et spatium terre est 300 miliariorum. Medium quinti climatis est ubi maior dies est 15 horarum et elevatio poli 41 graduum et tertie unius et dicitur clima diaromes. Latitudo vero eius est ex termino quarti climatis usque ubi prolixior dies est 15 horarum et quarte unius et eius elevatio 43 graduum et dimidii. Et spatium terre est 244 miliariorum. Medium vero sexti climatis est ubi prolixior dies est 15 horarum et dimidie et elevatur polus super orizontem 45 gradibus et duabus quintis unius et dicitur clima diaboristenes. Latitudo vero eius est ex termino quinti climatis usque ubi longitudo prolixioris diei est 15 horarum et dimidie et quarte unius et elevatio polis super orizontem 47 graduum et quarte unius. Et distantia terre est 212 miliariorum. Medium septimi climatis est ubi prolixior dies 16 horarum et elevatio poli mundi super orizontem 48 graduum et duarum tertiarum et dicitur clima diaripheos. Latitudo vero eius est ex termino sexti climatis usque ubi maxima dies est 16 horarum et quarte unius et elevatur polus super orizontem 50 gradibus et dimidio et quarta unius. Et spatium terre est 185 miliariorum. Ultra autem huius septimi climatis terminum licet plures sint hominum habitationes et insule, quicquid tamen est quia prave habitationis est sub climate non computatur. Omnis itaque inter terminum finalem climatum et finalem est diversitas est trium horarum et dimidie et elevatione poli supra orizontem 38 graduum. Sic igitur patet uniuscuiusque climatis latitudo a principio ipsius versus equinoctialem usque terminum eiusdem versus polum articum. Et quod primi climatis latitudo maior est latitudine secundi et sic deinceps. Longitudo autem climatis potest appellari linea ducta ab oriente in occidentem eque distans ab equinoctiali. Unde longitudo primi climatis maior est longitudine secundi et sic deinceps. Et hec quantitas propter angustiam spere patet in presenti figura. Capitulum quartum.

Notandum est quod sol unicum habet circulum per quem movetur in superficie ecliptice linee et est eccentricus. Eccentricus quidem dicitur omnis circulus et solum talis qui dividens terram in duas partes equales non habet centrum suum cum centro terre sed extra. Punctus autem in eccentrico circulo qui maxime accedit ad firmamentum appellatur aux sive augis quod interpretatur elevatio. Punctus vero oppositus qui maxime remotus est a firmamento dicitur oppositio augis. Solis autem ab occidente in orientem duo sunt motus. Quorum unus est ei proprius in circulo suo eccentrico quo movetur omni die et omni nocte 60 minutis. Alius vero tardior est motus spere ipsius solis super polos axis circuli signorum et iste est equalis est motui spere stellarum fixarum scilicet in centum annis gradu uno. Ex hiis itaque motibus duobus colligitur cursus eius in circulo signorum ab occidente in orientem per quem abscindit circulum signorum in 365 diebus et quarta parte unius diei preter tam modicum quod nullius est sensibilitatis. Quilibet autem planeta preter solem tres habet circulos.

Pars terre quarta quamvis appareat arta
Hic non monstratur totalis non habitatur

z Sol in mundi oculus. firmamenti pulchritudo. celi mater. fons caloris planetarum rector. horarum discretor. temporum distributor. oculi splendor. die gratia honor diei. Luna in celi purpura. solis emula. maleficiorum revelatrix. viatorum solamen. vocis lingue plagarum detestatrix. Ambrosius. Sol est oculus mundi iocunditas diei pulchritudo celi mensura temporum virtus et vigor omnium nascentium dominus planetarum decor et perfectio omnium stellarum. Alii ... veteres sapientes lunam stellam solem esse dixerunt cum omnes stelle ceterique aliorum lumine indigeant ut quo si luna a sole illuminatur.

z Secundum alcabicium. Notandum quod luna frigide est et humide. coloris argentei. Mars vero sicce. coloris plumbei. Venus calide est. si frigide et humide. coloris sanguinei. Iupiter frigide est. coloris electri. Mars calide est. coloris erei. Sol calide est coloris aurei. Saturnus frigide est. coloris ferrei. In albumasar probatur quod sol est maior terra centies et octuagies quinquies et aliquid minus. Et quod luna est minor terra ... Damascenus libro i. Sol a dicta ... multiplex terra a philosophis ... Hugo dicit quod luna est sexta pars terre. Et quod sol est sexties maior luna ... astrologos ... Gervasius.

Sol: equantem deferentem et epiciclum.

¶ Equans quidem lune est circulus concentricus et in superficie ecliptice. ¶ Deferens vero est circulus eccentricus non existens in superficie ecliptice. immo una eius medietas declinat versus septentrionem. alia versus austrum. ¶ Et intersecat deferens equantem in duobus locis et figura intersectionis appellatur draco quia lata est in medio et angustior versus finem. ¶ Intersectio igitur illa per quam movetur luna ab austro in aquilonem appellatur caput draconis. Reliqua vero intersectio per quam movetur a septentrione in austrum dicitur cauda draconis. ¶ Deferentes quidem et equantes omnium planetarum sunt equales. ¶ Et sciendum quod tam deferens quam equans saturni. iovis. martis. veneris. et mercurii sunt eccentrici et extra superficiem ecliptice linee. et tamen illi duo sunt in eadem superficie. ut patet in presenti figura.



¶ Quilibet planeta preter solem habet epyciclum.

¶ Epiciclus est circulus parvus per cuius circumferentiam defertur corpus planete. et centrum epycicli semper defertur in circumferentia deferentis. ¶ Si igitur due linee directe ducantur a centro terre ita quod includant epyciclum una ex parte orientis reliqua ex parte occidentis. punctus contactus ex parte orientis dicitur statio prima. punctus vero contactus ex parte occidentis dicitur statio secunda. Et quando planeta est in alterutra illarum stationum dicitur stationarius. ¶ Arcus autem superior epycicli inter duas stationes interceptus dicitur directio. et quando planeta est in illo tunc dicitur directus. ¶ Arcus vero epycicli inferior inter duas stationes interceptus dicitur retrogradatio. et planeta ibi existens dicitur retrogradus. ¶ Lune autem non assignatur statio vel directio vel retrogradatio. unde non dicitur luna stationaria vel directa vel retrograda propter velocitatem motus eius in epyciclo.

Sol est c. lx. maior terra secundum sapientes in illa sententia. Sol est maior terra sic et alie stelle preter lunam et mercurium ...

Cum autem sol sit maior terra necesse est quod medietas spere terre semper illuminetur. et quod umbra terre extensa in aere rotundalis minuatur in rotunditate donec deficiat in superficie circuli signorum inseparabilis a nadyr solis. ¶ Nadyr autem est punctus directe oppositus soli in firmamento. ¶ Unde cum in plenilunio luna fuerit in capite vel cauda draconis sub nadyr solis. tunc terra interponetur soli et lune. et conus umbre terre cadet super corpus lune. Unde cum luna lumen non habeat nisi a sole in rei veritate deficiat a lumine. ¶ Et est eclipsis generalis si fuerit in capite vel cauda draconis directe. ¶ Particularis vero si fuerit prope vel infra metas determinatas eclipsi. ¶ Et semper eclipsis lune in plenilunio vel circa contingit. Unde cum in qualibet oppositione hoc est in plenilunio luna non sit in capite vel cauda draconis directe. nec supposita nadyr solis sto

Fit autem deliquium lune in superiori et inferiori hemisperio, in oriente et occidente, non tamen semper, sed contingit .xiiii. vel .xv. sed post .vi. menses secundum. Cum autem in eodem signo fit et eodem mense non nisi post .xix. annos. Cum autem in eodem signo et mense et signi parte non nisi post .lv. annos contingit. Cum vero in eodem signo, mense, parte, revocatis omnibus planetis ad locum suum non nisi post .xv. milia annorum. Cum autem sol in eodem signo et mense patitur eclipsim, fit post .lv. annos. Sed quod in eodem signo, mense et parte fit, revocatis omnibus stellis ad locum suum, post .xv. milia annorum.

est necesse quod in quolibet plenilunio lunam pati eclipsim, ut patet in presenti figura.

Cum autem luna fuerit in capite vel cauda draconis vel prope infra metas determinatas eclipsi et in coniunctione cum sole, tunc corpus lunare interponetur inter aspectum nostrum et corpus solare. Unde obumbrabit nobis claritatem solis, et ita sol patietur eclipsim, non quia deficiat lumine, sed quia deficit visui nostro propter interpositionem lune inter aspectum nostrum et solem. Ex hiis patet quod non semper dicitur esse eclipsis solis in omni novilunio, ut patet in presenti figura.

Notandum est quod quando est eclipsis lune, est eclipsis in omni terra. Sed quando est eclipsis solis, nequaquam; immo in uno climate est eclipsis, in alio autem non, quod contingit propter diversitatem aspectus in diversis climatibus. Unde Virgilius elegantissime naturam utriusque eclipsis sub compendio tetigit dicens: Defectus lune varios solisque labores etc. Ex predictis est manifestum quod cum eclipsis solis esset in passione domini, et eadem passio esset in plenilunio, illa eclipsis non fuit naturalis, immo miraculosa et contraria nature, quoniam eclipsis solis in novilunio vel circa debet contingere. Propter hoc legitur Dionysius Ariopagita in eadem passione dixisse: Aut deus nature patitur, aut tota mundana machina dissolvetur. Explicit.

Compotus est scientia considerans tempora ex solis et lune motibus et eorum ad invicem coequatione distincta. Fecit enim deus duo luminaria magna, ex quorum beneficio nox et dies illuminantur, et tempora [mensium vel annorum vel horarum] humanis singularia summi luminarii efficiuntur. Cum igitur magis non ex motibus universorum corporum [celestium] cursus supra

Compotus philosophicus

lestium quae mensuratam et distincta secundum motum istorum duorum planetarum solum intendit. Unde hanc scientiam esse subalternatam ab astronomia dicitur. Constat quod de motibus omnium astrorum universaliter exequitur. Hec vero temporis distinctionem per cursum solis et lune tantum venatur. Cumque et astronomia de temporis scientia determinat, sic generaliter astrorum motus. Ipsius enim est motum illorum considerare. Computiste vero tempus distinctiones. Unde in minuto artificio totum illius cursus istorum planetarum motibus minutissime consideratum. Hic vero grossa et inequalitate per tempus quanta nunc maiora nunc minora, ut omnibus sufficiat, comprehendit.

Astronomi ... partes temporis ... minutissime ...

Tempus igitur est **De tempore et partibus eius** effectivus corporum superiorum **in minoribus** motus, ex quo quantitas **die** dimensione numerum et qualitatis alteratione sortitur. Computiste autem partes temporis quinque diei maiores sunt: septimana, mensis, annus, lustrum, indictio, seculum, cyclus. De quorum singulis in consequentibus per ordinem exequetur.

quinque die minores ... Partes temporis die maiores

Partes temporis diei minores sunt: quadrans, hora, punctus, momentum, uncia, athomus. Quadrans est quarta pars diei naturalis, id est sex horarum integra comprehensio. Hora est 24 pars diei naturalis. Horarum vero alia naturalis, alia equinoctialis. Hora naturalis est spatium temporis in quo medietas signi oritur. Hora equinoctialis est 15 graduum equinoctialis super orizontem ascensio. Scrupulam enim utramque illarum naturalem nisi diccretionis causa potest appellari. Punctus in solari computatione est quarta pars hore, in lunari vero quinta. Momentum est decima pars puncti, ut ... persimilatur. Uncia vero est 12 pars momenti. Athomus vero est 47 pars uncie. Astronomici tamen per 60 usque ad minima minutiis integri uniformis est fractio. Cum igitur in istarum temporis partium et differentiarum compositione huius scientie consistit completio, a computando nomen compotus accepit. Non quia computare doceat, sed quia minimis certis et sub aliter computandis docetur? datur.

De die

Dierum alius naturalis, alius artificialis. Naturalis est spatium 24 horarum a quovis quatuor punctorum, scilicet meridiani vel orizontis, a sole incepta continua comprehensio, id est diei et noctis completum spatium. Unde illud Genesis: factum est vespere et mane dies unus. Item enim mane nondum vespera dici vocari proprie. Dies vero artificialis est spatium temporis ab ortu solis usque ad occasum; unde dicitur dies est sol lucens super terram. Nox autem est umbra terre in solis oppositum diametraliter extensa, et dicitur nox a nocendo nocens. Est enim tempus nocendi aptum. Notandum igitur quod dies naturalis secundum diversos diversa habet principia. Romani enim diem naturalem incipiunt a media nocte et ibidem terminant. Quoniam legitur quod dominus natus est in media nocte diei dominice. Unde media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, et occurrit, cum sit lux mundi. Inicio dies autem incipit, et quoniam sol qui est causa diei a puncto remotissimo in media nocte incipit ascendere. Arabes vero a meridie, quia dicunt solem factum fuisse in meridie, secundum cuius motum diem considerant. Judei vero a vespere iuxta auctoritatem Genesis: factum est vespere et mane dies unus. Caldei autem secundum sensum agentes, ut vulgus, diem naturalem ab ortu solis incipiunt, quia cum sol sit causa diei

tunc mundo debet dies maior cum sol effera-
tur supra nostrum orizontem. Est autem o-
rizon circulus quem sibi circumscribit ci-
uisque aspectus. Meridianus est circulus quem
sol a polo ad polum per hominum uerticem trans-
euntem die media designat. Huius
utrique diei per medios quatuor distinguun-
tur quadre. Quarum prima est ab hora
nona noctis usque ad tertiam diei calida et
humida in qua sanguis mouetur et mul-
tiplicatur. Secunda uero quadra est a tertia diei
artificialis usque ad nonam eiusdem et est
calida et sicca in qua colera excitatur.
Tertia quadra est a nona diei artificialis
usque ad tertiam noctis et est frigida et sicca
in qua melancolia multiplicatur. Quarta
uero quadra est frigida et humida a tertia
hora noctis usque ad nonam eiusdem in qua
flegma fluctuat. Unde uersus: Tres lu-
ces primas tres noctis sanguinis imas
uis colere medias luces sex uendicat ho-
ras. Atque melan primas noctis tres lu-
ces et imas. Centrales primas noctis sex
flegmaticas horas. Dies est artificialis
in quatuor ab auctoribus partes partitur. Quarum
prima rubens, secunda splendens, tertia urens,
quarta tepens. Unde sol quatuor equos habere
fingitur. Quorum nomina sunt hec: Eous,
pirous, lampas, philogeus. Unde uer-
sus: Solis equi lucas dicuntur quatu-
or hore. Hec rubet, hec splendet, hec
calet, illa tepet. Notandum est quod dies
septimane secundum diuersos diuersas habent appella-
tiones. Philosophi enim gentiles quem-
libet diem septimane ab illo plane-
ta qui dominatur in prima hora illius di-
ei denominant. Dicunt enim planetas
successiue per horas diei dominari. Quorum
nomina et sperarum eorum ordinacio sub-
scripta figura sensui clarescunt. Unde uersus.

Post sim sum sequitur, ultima luna subest.
Vel sic ordine retrogrado: Cinthia mer-
curius uenus et sol mars iupiter saturnusque ordi-
ne retrogrado sibi quaslibet uendicat horas.
Supponatur ergo quod saturnus dominetur in
prima hora diei sabbati, Jupiter in secunda,
Mars in tertia, Sol in quarta, uenus in quinta,
Mercurius in sexta, luna in septima. Item
luna in xiiii et in xxi. Saturnus in xxii.
Jupiter in xxiii. Mars in xxiiii. Unde cum non
sint plures hore in illo die naturali, relin-
quitur quod sol dominetur in prima hora diei il-
lius sequentis a quo dicitur dies solis. Et
consimili computatione huiusmodi habemus
quod luna dominatur in prima hora diei il-
lius sequentis diem solis, et inde recepit appel-
lationem, et sic de aliis. Secundum hoc saga-
ces medici cum dant potiones uel faciunt
minutiones considerant utrum planeta beni-
uolus an maliuolus dominetur in illa hora.
Beniuoli autem sunt Jupiter uel uenus.
Maliuoli saturnus aut mars. Indifferentes
quidem sol et luna et mercurius. Unde uersus:
Jupiter atque uenus boni sunt, saturnus marsque
maligni. Sol et mercurius cum luna sunt
mediocres. Qualitates quarum com-
plexionales in hiis uersibus patent. Frigi-
Juno venus luna [?] hec astra benigna
Phebus mercurius saturnus marsque malignus

dus et martius sat[urnus], iuppiter estuat udus. Cum sol siccat fervidus, si luna venusque rigent, frigescitque medius cyllenius esto. ¶ Humana quidem persuasio stellis numinos et nomina fecit. Non ex sui natura sed significationi dispositionibus accommodata, unde bernardus silvestris: Communi ne voce rei generalis aberret. Que modo sunt stelle nomina fecit homo. ¶ Ex predictis autem solvitur hec questio. Competens ordo est inter planetas quo ad circulos suos, et dies septimane ab eis denominantur. Ergo secundum eum denominationem sequi debent dies ab illis denominata. Ita ut saturni diem sequeretur dies iovis, et hunc dies martis et sic deinceps. ¶ Ratio autem huius est quia .xii. hore distribute sunt planetis, sed .vii. sunt planete, unde si quilibet illorum sibi successive assumat tres horas, supersunt de .xii. horis tres hore attribuende tribus planetis. Hic ergo patere potest quod si aliquis dies denominatur ab uno planeta, dies sequens denominabitur a quarto planeta post. ¶ Christiani autem sicut beda, iheronimus et alii viri religiosi istas appellationes quas a gentibus erant imposite volentes commutare primum diem septimane diem dominicam supra primam feriam appellaverunt. Dominicam autem eo quod in tali die natus est dominus. Tali die resurrexit, tali est die fecit mundum. Feriam quia feriare idem est quod celebrare, et die illo quem dominicam dicimus debemus cessare ab omni opere manuali et peccato. Vel dicitur feria a feriendis victimis. Quoniam olim festivis diebus ad templum ferebantur victime et holocausta. ¶ Secundam autem diem septimane secundam feriam appellaverunt, et sic deinceps per ordinem. ¶ Nomen sabbati non mutaverunt, ut appellaretur septima feria. Sabbatum

autem idem sonat quod requies, et tali die requievit dominus ab omni opere quod patraverat. Et tali die requievit in sepulchro, unde tale nomen retinuit. ¶ Iudei autem habent alias dierum septimane appellationes. Primum enim diem septimane sic sabbatum appellant sicut et nos diem dominicam; primam sabbati appellant, unde orante prima sabbati surgens dei filius, id est prima die post sabbatum. Diem vero quem nos dicimus diem lune secundam sabbati appellant. Et sic deinceps. ¶ Dicitur autem dies a dyan quod est clarum, vel a dyja quod est duo, quia dies naturalis in duo scilicet in diem artificialem et noctem dividitur. Vel dicitur dies a dys planete cum dii dicebantur, a quibus dies denominantur.

Est autem septimana De septimana dierum naturalium septenarius a die dominico inchoans successiva progressio. ¶ Et notandum quod septimane non habent proprias appellationes quemadmodum et dies duplici ratione. ¶ Tum propter earum multitudinem. Sunt enim in anno .lii. septimane et unus dies. ¶ Tum propter hoc quod spatium dierum in uno anno consistens una septimana et pars duarum septimanarum in anno sequenti. ¶ Quod sic patet. Si in hoc anno sit aliquod festum in die sabbati, idem in anno sequenti erit in die dominico, unde illud festum quod terminat septimanam in hoc anno erit initium septimane alterius in anno sequenti. ¶ Habent tamen septimane communes appellationes, has scilicet ebdomada, septimana, sabbatum. ¶ Ebdomada dicitur ab ebda quod est septem et dais quod est dies, quasi habens septem dies. ¶ Septimana dicitur a septem et mane, id est septem matutina, et sic sumitur pars pro toto. ¶ Sabbatum dicitur et septimana, per quod significatur quod per totam septimanam debemus quiescere ab omni opere peccati, unde illud: ieiuno bis in

sabbato etc. ¶ Ex hiis patet quod sabbatum est equivocum ad totam septimanam et ad unum diem ipsius. ¶ Si autem queratur quare sabbatum in sollempnitate ebdomade in chorditione non autorizemus sicut iudei. Sciendum quod sollempnitas sabbati auctoritate domini in diem dominicam transivit. Nam tali die natus est dominus. tali die resurrexit. tali die dona sancti spiritus apostolis suis infudit. ¶ Item iudeis omnia sub typo contigerunt et figura. figuram non configuratum non sunt tenenda sicut de agno vero et agno paschali et de signo thau et archa domini et archa federis et circumcisione preputii sabbatum et dies dominice iam esse non debent.

Mensium autem alius De mense solaris. alius lunaris. alius usualis. ¶ Solaris est spacium temporis in quo moratur sol in signo percurrendo unum predictorum. Sol unumquodque .12. signorum in ergo mense meatur. ¶ Lunaris est tempus post lune a sole recessum eius ad solem reversio. De quo in sequentibus exequetur. ¶ Usualis est spacium dierum kalendis nostris inscriptum et ab antiquis auctorizatum. ¶ Sciendum ergo quod inter latinos Romulus primo menses distinxit et annos. in anno suo decem menses constituens. Quoniam vidit quod tantum temporis sufficeret mulieri pregnanti ut pareret. vel quod per tantum tempus mulier debuit abstinere a nuptiis post mortem viri sui. ¶ Primum ergo mensem marcium a marte patre suo denominavit. vel a marte hoc est bello. tunc enim reges romani post hiemem solebant ad expediciones et ad bellum. ¶ Secundum mensem aprilem ab aperiendo appellavit. quia tunc poma arbores et arbores aperiuntur et producunt herbas et folia in arboribus. vel dicitur ab apollo quasi affrilis. id est africus quod spiritus maris de qua venus nata fingitur. et ipsa

fuit generationis romulee principium ex parte matris sue. ¶ Tertium mensem maium a maioribus appellavit. ¶ Quartum iunium a iunioribus. ¶ Menses non sequentes appositos ordinibus numeralibus appellavit. ut quintilem. sextilem. Septembrem. octobrem. novembrem decembrem. Unde Ovidius in fastis. Tertius a senibus. iuvenum de nomine quartus. Que sequitur numero turba notata suo est. ¶ Sed postea sequens numa pompilius duos menses adiecit scilicet ianuarium et februarium. Unde ovidius in fastis. At numa nec ianum nec avitas preterit umbras. mensibus antiquis preposuitque duos. ¶ Ianuarius dicitur a ianua. quia quemadmodum per ianuam fit introitus in domum. ita per ianuarium in annum. vel dicitur a iano bicipite quem deum mentes dicebant. Ita etenim ianuarius habet duplicem respectum quia ad ipsum annus terminatur. et ab ipso incipit. ¶ Februarius non dicitur a februo id est plutone. Tunc enim solebant romani plutoni ferre sacrificia et diis infernalibus pro animabus antecessorum suorum. vel dicitur a febre. Tunc enim in calidis regionibus febricitare consueverunt homines. ¶ September dicitur quasi septimus ab imbre hoc est a tempore pluvioso. ut a marcio. et simile de aliis. ¶ Licet ergo numa annum ex duodecim mensibus fecerit dimittitur cum egit quoniam menses lunares assumpsit unum .30. dierum et alium .29. dierum. unde annus eius constat ex 354 diebus. Qui numerus dierum non sufficit ad cursum solis. ¶ Sequens ergo iulius cesar ultimam apponens kalendario correctionem undecim dies adiecit et quadrantem. unde annus iulii constat ex 365 diebus

Sol in quolibet mense signo moratur per 30 dies 10 horas 29 minuta 36 ...

Lunaris mensis incipit in nocte post albumasar.

Augusto vo[cat]o [qui] iuly mens[is] nat[us] [est] iul[ius] cesar sic[ut] q[uod] ad honore[m] augusti qui mens[is] sextilis [dicebatur] sic dict[us] [est] eo q[uod] ip[s]e p[er] die[m] huius mensis anthoniu[m] et cleopatra[m] devicit et itaq[ue] ip[su]m adauctu[m] affirmavit.

Signa mobilia s[un]t a[ries] cancer libra capricornus. Signa stabilia taurus leo scorpio aquarius. Signa media gemini virgo sagittarius pisces.

bus et sex horis. Supflue tu[n]c p[er] tem du[m] ocecima[m] hore vni[us] assu[m]psio vt infer[ius] p[ro]bebit. Kalendarium [est] a marcio se[p]tengitur ichoari. vn[de] Ouidi[us] in fastis. Cu[m] ianu[m] sequit[ur] veris fuit vlam[us] anni. Tu[n]c q[ue] sacrop[us] t[er]mine finis erat. Dies [est] anni in menses nu[m] o[m]pecenti di stribue[n]t. sc[ilicet] q[ue] mensib[us] imparib[us] .30. vnu[m] diem. o[mn]ibus aute[m] parib[us] .30. attribuit. Sed aut[em] adulamu[m] nu[m]e[ro] sem imparitas sol[itu]m ianuarii p[ro]uenisset. desiit vn[us] dies. vn[de] februario illu[m] die[m] subtraxit ad co[m]pletione[m] nu[m]eri dier[um] ianuarii que requiret februarius in anno bissex tili. ¶ Tempe aut[em] iulii cesaris ro manu adulantes iulio o[mn]e sem prius dem quintile[m] iuliu[m] appellauerunt. Qui a i[n] tali t[em]p[or]e tunc uides augusti cesar nu[m]e sem suum mense iulii breuiore esse vnu[m] die[m] februario subtrahit et augusto addi dit. vn[de] remansit februari[us] .28. dier[um]. Aliud i[n]sup idcirco uidit i[n]conueniens. sc[ilicet] tres menses simul esse .31. dier[um]. Julium sc[ilicet] augustu[m] et septe[m]bre[m]. vnu[m] g[radum] diem a septembri remouens cu[m] octobri addidit. Sed a nouembri et decembri ad didit. ¶ Hac itaq[ue] mensiu[m] ordinatio[n]e et nu[m]eri dier[um] positione licet rep[re]hensi bilis sit. vsq[ue] hodie vtit[ur] ecclia. ¶ Pu[er] quam g[ra]d[u] litteram quilibet mensis incipiat et m[odo] q[ue] p[ro] o[mn]e sequens contine[n]tur in hiis p[re]sen tibus versib[us]. Alto nas[cen]s d[omi]n[u]s diuina ge rens bonus exstat. Gratuito celi fert aurea dona fidei. ¶ Prime enim littere .12. dictionum ostendunt litteras indicatiuas habito mensiu[m] initio a ianuario. ¶ In qua littera finatur quilibet mensis sciatur hiis [ver]sibus. Culpe causa fuit anguis deceptio falsi. Blandus erat gustus o[mn]ium cunctus

extitit actus. ¶ In hiis versibus sunt .12. dictiones .12. mensibus servientes. p[ri]ma p[ri]mo scilicet secundo et sic de aliis sump to initio a ianuario. et a qua littera ma[gis] p[ro]p[ri]e dictio incipit finiatur mensis illi deserviens. ¶ Qui aut[em] menses v[er]suales plures habeant dies et q[ui] pauco res sciatur in hiis versibus. Sep. no. iun. ap. 30. dato reliquis magis vno. Cu[m] bissextus erit febru[ari]us minor esto duobus. De .xii. signis zodiaci

In quolibet quida[m] mense dicit[ur] sol i[n] trare nouu[m] signu[m]. et ut notabilius dicat[ur] circa mediu[m] mensis. p[ro]ut se cu[n]d[u]m p[re]sens figura declarat.

aries · taurus · gemini · cancer · leo · virgo · libra · scorpius · sagittarius · capricornus · aquarius · pisces
ianuarius · februarius · marcius · aprilis · maius · iunius · iulius · augustus · september · october · nouember · december
31 · 28 · 31 · 30 · 31 · 30 · 31 · 31 · 30 · 31 · 30 · 31

¶ Est aut[em] signu[m] circa zodiaci portio duodecima ab astronomis distincta. ¶ Gradus quid[em] i[n] .30. signi por tio. ¶ Nomina g[radu]s signor[um] ordo et nu[m] merus in hiis patent versibus. Est ari es. taurus. gemini. cancer. leo. virgo. libraq[ue]. scorpius. arcitenens. caper. amphora. pisces. ¶ Vn[de] in q[uo] gradu cuiusq[ue] signi sit sol si scire volueris. nu[mer]o dier[um] mensis p[re]teritor[um] adde .14. et si resultant .30. mi[n]o. vel minor nu[mer]us in toto g[ra]du signi ad mensem p[er]tine[n]t

tus est sol. Si minor abiciantur 30 pro
signo mensis et que fiunt in residuo in
toto gradu signi in quo sol. vii. vers. ista
signum detur mensi quem sine merce.
apr. aries / ma. tau / iu. ge / iul. can. /
au. leo / sep. vir / octo. libra / no. scor / de.
sa / ian. capricor. / fe. a / mar. pis. / Hec
tamen regula non penitus perpetuo ordine mensium
umquam nunc et si quis est deberet atten-
dat. ¶ Primum igitur signum est aries.
Quoniam ... cedere ... ideo ...
est sol licet dicant arabes quod stellis sive
in leone. Et dicitur aries quia quemad-
modum aries est animal quod in parte anteri-
ori viget, in posteriori vero parte debile
est. Ita sol existens in illa parte zodiaci
que aries dicitur in tempore hiemali pa-
rum habet virtutis scilicet caloris et sic-
citatis. In tempore anteriori magis scilicet
versus estatem. Vel quia ut dicitur com-
muniter aries tota hieme sinistro la-
teri accubat, estate vero dextro. Sic
quidem sol tota hieme existens in illo sig-
no accedit ad hemisperium inferius,
estate vero ad superius quod est latus
dextrum mundi. ¶ Secundum signum dicitur
taurus quia tunc labores taurorum vel
boum apparent, vel quia sicut taurus est
animal fortius ariete, ita sol in eo existens
fortior est in ... quam prius
fuit. ¶ Tercium signum est gemini.
Quoniam tunc geminatur virtus solis in ca-
liditate et siccitate, vel quia sicut gemini
depinguntur iuvenes amplectentes se
se, ita quando sol est in illa parte celi quedam
terre nascentia amplectuntur se pariter
et pulcrescunt super herbam. ¶ Quar-
tum signum dicitur cancer quia sicut
cancer est signum retrogradum animal
ita sol existens in illa parte zodiaci a

nostro recedit hemisperio. Unde signum il-
lud dicitur tropicum quasi conversivum. In
eo enim est solsticium estivale. ¶ Quin-
tum signum est leo, quoniam sicut leo est
animal ardentissime nature et implacabil-
is, ita sol existens in illa parte celi ar-
dentissimus et siccissimus est. Unde tunc non est
bonum minuere nec purgacionibus va-
care propter defectum humoris in tempore caloris et sic-
citatis. Sicut innuit ypocras in afo-
rismis. Sub cane et ante canem molest-
te sunt purgaciones. Sunt enim tunc
dies caniculares quorum inicia et termina-
ciones sic habentur: Julius in nonis in-
ducat caniculares, September gaudet de-
cem sexto fine kalendas. ¶ Sextum signum est
virgo, sicut enim virgo sterilis est et ...
in esse producit sic producta maturat.
¶ Septimum signum est libra quia tunc
librantur dies artificiales et nox et est e-
quinoctium autumpnale. ¶ Octavum sig-
num est scorpius. Quia sicut scorpius cum
cauda pungit, ita matutinali parte cau-
te tunc frigora mordent. ¶ Nonum
signum dicitur sagittarius. Tunc enim
in nos mittuntur sagitte temporis scilicet tem-
pestates, imbres, grandines et huiusmodi.
¶ Decimum vero signum capricornus dicitur. Quemad-
modum caper in pascendo erigit se, ita
sol tunc ab inferiori hemisperio versus
nostrum ascendit hemisperium. Unde hoc sig-
num tropicum hiemale dicitur. Est enim tunc
solsticium hiemale et ex altero sol con-
vertitur ad nos. ¶ Residua vero duo
signa aquarius et pisces habundanci-
am aquarum notant. Dicitur enim aquarius
ab aquosa qualitate aeris, pisces quia
tunc omnia in pluvia natare viden-
tur. ¶ Quidam tamen dicunt quod hec sig-
na a situ stellarum fixarum in illis partibus

ad modum huiusmodi animalium sic denominantur. Unde macrobius. Sidera vero in signum stellarum plurium composite formantur ut aries taurus. Et lucanus. Sed postquam ymus calidum tantum recepit sidera respiciens dilapse portitor helles. ¶ Qualitates quidem omnium signorum per triplicitates distinctorum in hiis versibus compendiose comprehenduntur. Ignea sunt (orientalia) aries leo sagittarius. terrea (et meridionalia) taurus caper et virgo. Aerea (et occidentalia) gemini libra et aquarius. frigida (et septemtrionalia) cancer aquatica scorpius pisces. De kalendis nonis et ydibus.

Notandum quod in quolibet mense sunt tres dies denominationes certam principales a quibus assumptis dictionibus numeralibus omnes ceteri dies mensis denominantur scilicet kalendas nonas et ydus. ¶ Dicuntur enim kalende quasi colende. Primi enim dies cuiuslibet mensis celebrabantur ab antiquis in honore Junonis. Unde ovidius in i. fastorum. Vendicat ausonias iunonis cura kalendas. Idibus alba iovi grandior agna cadit. Vel dicuntur kalende a calo quod est voco. Preco enim in precedenti mense ascendebat locum eminentem in civitate romana et clamabat quasi calo. vel quod pluries quod nundine mense sequenti per plures durarent dies. et ideo in plurali numero dicuntur kalende. Vel dicuntur kalende a calon quod est bonum. quia primo die cuiuslibet mensis solebant ab amicis mutuo dari quedam dona ut per totum mensem sequentem bonum omen eis eveniret. ¶ None enim dicuntur a non. Nullus enim deorum habuit festum in nonis. Unde ovidius in fastis. Nonarum tutela deo caret. Vel dicuntur none quasi nove propter statuta renovata in singulis mensibus quondam apud romanos. Vel dicuntur a nundinis. Per tot enim dies durare solebant nundine quot sunt none. ¶ Ydus vero dicuntur a divisione id est separatione. Dicitur ab ydus quod est divisio. Dividunt enim menses fere in duas partes equales. Vel quia tunc dividebantur nundine. ¶ Ab istis autem diebus assumptis dictionibus numeralibus omnes alii dies mensis denominantur. Ita quod in maiori numero sunt que magis antecedunt. in minori sunt que minus. ¶ Si ergo queratur quare non dicitur secundo kalendas nonas et ydus. Dicendum quod hec dictio secundo procedit ab hoc verbo sequor sequeris. Unde sequi debet dies ille si recte dicatur secundo. Sed ubi dicitur pridie kalendas quasi priori die ante kalendas. ¶ Quilibet enim mensis habet octo ydus. Unde versus. Octo tenent ydus menses generaliter omnes. ¶ Sed quidam menses plures habent nonas quidam pauciores. Unde versus. Mar. ma. iul. oc. senas. reliquis dato bis duo nonas. ¶ Habito ergo quot dies quilibet mensis habeat sicut ex predictis patet et quot nonas et quot ydus. Subtractis nonis et ydibus residui dies erunt kalende. De diebus egiptiacis

Notandum est quod in quolibet mense sunt duo dies qui dicuntur egri vel mali sive egipciaci. Egri ab effectu. Secundum enim opinionem quorundam si quis in hiis diebus egrotaverit vix vel numquam evadet. Mali quia malum erat incipere aliquod opus in hiis diebus propter malas constellationes. Egipciaci quia ab egipciis primo fuerunt inventi. Propter enim decem plagas notas que in hiis habentur. Versus. Sanguis. rana. culex. musce. mors pecoris. ulcus. Grando. locuste. nox. mors prima necans. Contigerunt preterea hec eis plura mala. ita quod bis in quolibet mense sicut in kalendario notatur. ¶ Quidam

in hys dieb⁹ humanū sanguinē pluto ni sacrificauerūt. vñ phibitum ē ne quis in hys dieb⁹ sibi minuat. ne videat̃ se sacrificare demonib⁹. ¶ Obseruationes tñ illoꝝ dieꝝ inhibet augustin⁹ dicens. Kl'is mensium ⁊ dies egypciacos nō obseruetis. ¶ Qui a vulgo sunt suspecti. Ad illoꝝ cognitionē sumunt̃ hij vers⁹. Armis gymphe dei ellactos. adamare dilatum lira memor confans gelidos. lux pluiata quondam. Omē lune. aron bodunis. confecta laudat. Thie lin bat. cicoq̃ta. gemella lipludos. Istoꝝ versuū singl'e bine dictiones p ordinē deseruiunt mensib⁹ i eis supposito ciani ario. ¶ Si g' primū diem egypciacum mensis habere volueris computetur tot dies a pricipio mensis illius descendendo. quota est pma littera prime sille dictionis in alphabeto. ⁊ ubi t̃minat̃ hec computatio ibi est dies egyptiac⁹. ⁊ quota fuit pma littera scd'e sille eiusdem dictionis in alpho. talis hora illius diei est male ominata. ¶ Ad habendū autē scdm diē egypciacū ei⁹dem mensis computent̃ tot dies a fine mensis ascendendo. quota ē prima littera pme sille sequentis dictionis in alpho. ⁊ quota fuit pma litt scde sille eiusdem dictionis talis hora eiusdē diei est suspecta. ⁊ hoc ē prenotandum q. h. non computet̃ pro littera.

De anno

Annoꝝ alius planetaꝝ singloꝝ discret⁹. alius omnium planetarū communis. qui annus magn⁹ siue pfectus specialit̃ appellat̃. ¶ Discretus quidem est spaciū tpis quo quisqꝫ planetaꝝ zodiacū complere pergit. ¶ Est autē zodiac⁹ firmamenti circul⁹ pla[p quē stellarū fixaꝝ] netaꝝ via. stellis fixis signoꝝ distinctꝰ. ¶ Vñ saturn⁹ omniū supmus signiferū. 30. annoꝝ spacio pagit. Deinde iouis sid⁹ temperatū annis. 12. ipm complet. Mars vero cit⁹ i duob⁹ ann⁹ signiferū circuit. Medius autē hoꝝ cium planetaꝝ sol. 364. dieb⁹ ⁊ qrta te zodiacū pcurrit. Infra solem venerus qui ⁊ lucifer ⁊ vesp dicit̃ tpibꝫ cū diuisis. Ille quidē matutinus prauus; qui modo ante sol' ortū. modo post ei⁹ splendescat occasū. circa duo pari tpis spacio minimo vl' min⁹ sole signiferum circuit. Hoꝝ cū circuū ordinem mot⁹ varietas confundit. luna ultima omnium nouissima. 27. diebus ⁊ tcia [8 horis] pte diei psigniferū cōfugit. Deinde biduo in solis commorata coniunctione rursum in firmamento appet. Vltra aut regionē nichil tpis subiectis mundani ascendit. Est enī sex superiorum puritas inferioꝝ. diuinoꝝ ordinatoꝝ mediū inter sitiū. Vñ Claudian⁹ lunari subiecta globo. q separat auras. Ambit ⁊ eternis mortalia separat astris. ¶ Magn⁹ quidē ann⁹ ē spaciū tpis in quo omes planete simul cū stellis fixis firmamenti vniuersis ad loca que in prima mūdi origine tenuerūt reuertuntur. ¶ De quo ioseph⁹ sic meminit. Nullus ad vitā modernā ⁊ nrōꝝ annoꝝ breuitatē vitā cōparans antiquoꝝ. falsa putet esse q scripta que nūc hinc edicte possent nisi. 600. viuere annis. Intra cū annoꝝ circuit' magn⁹ ann⁹ compleat̃. ¶ Sz philosophoꝝ veriori exīstit sma. q magnū annum. 15000. annoꝝ summa diffinit. Vñ vers⁹. Milia ter qnqꝫ mūdus cōplectit̃ annos vt

Annualis et sic tempus secundum astronomos dividitur per 60 minuta et iterum quodlibet minutum in 60 secunda et sic in infinitum quia omne continuum divisibile est in infinitum. Apocastasis vero dicitur tempus in pygenesim et periodus pygenesis revolucio temporis. tum spacium temporis in quo omnia signa et sydera celestia ad locum unde ceperunt proprio motu revertuntur et continet secundum ptolomeum 36000 annorum solarium et dicitur ab aliis annus perfectus. Secundum ptholomeum vero 36000 annorum. Ponunt enim octavam speram scilicet firmamentum moveri motu proprio contra primum mobile in centum annis uno gradu moveri. Gradus autem sunt 360 quos multiplicatis per centum fit numerus

plato testatur magnum quos innuerat annum. Ex huius bis centum minus uno milia quinque precessere tue nouit logis ipsa Christe. Verumtamen annus mundi sive perfectus 36000 solarium revolucionum ex eiusdem racione subtilitatibus constare videtur. De anno solari.

Cum itaque multiplex sit annus et ceteris omnibus omissis ad computistam duo genera intendantur scilicet solaris et lunaris. De digniori prius prosequendum est. Est igitur annus solaris spacium temporis in quo sol a quocumque quantum puncto zodiaci equinoccialis vel conversionis movetur circuiens totum zodiacum proprio motu rediens iterum ad idem. Unde apud antiquos solet ad intellectum depingi serpens circumvolutus et tamquam propriam caudam devorans ut in presenti exemplo.

Serpens annus ego sum sic sol circuit in quo · Qui fluxit primum tempus erit nam temporis iterum

Annus quidem revolucionis continetur in 365 diebus et quarta parte diei naturalis preter rem modicam secundum sensum perceptam sic quod defectus quantitatis illius secundum veritatem possibile est invenire propter difficultatem particularem sicut in almagesti dictione tercia vel circa a ptolomeo reperitur. hoc est scolis computistarum sive licet prenotionum

precessionis. Et hunc motum thebit induxit quia te refert quod tamen insensibiliter fiet sensibilis et est per successionem temporis. Sic patet per augem cuiuslibet solis excentrici. Dicit enim thebit firmamentum moveri motu accessionis et retrogressionis. Et ponit duas deducens unum in orbe circulari mobili et super istum movetur motu moleto primus primum mobilis. Et aliud mobile in ipso firmamento et in isto movetur motu accessionis et recessionis scilicet ... quod ab inicio mundi computatur 6988 anni. Ex quibus si sumpseris 100 annos ... motum octave spere ad gradum unum... stellas fixas esse motas de loco sue creacionis ad 62 gradus et duas tercias.

obiurgacionibus sensibiliter et eius causa congrue demonstrari. Est igitur solis motus in uno die naturali 59 minuta 8 secunda 11 tercia 13 quarta 10 quinta et 8 sexta et ut huiusmodi quippe minutarum in finitudinibus ad certa pretereat. nunc sufficiat particio. Cum quidem motus solis zodiacum vicesimam circuit tunc in toto tunc in parte prout operet contingit. Porro sex horis non certo duodecima pars unius hore deficit. Unde versus. Cum sex dic enim superius celicus annus. Nec nisi cum superatur finibus annus. Hec itaque anni solaris quantitas si per 12 dividatur erit mensis solaris 30 dierum et 10 horarum et 29 minutorum et 36 secundorum. Dicitur autem annus ab innovacione arborum vegetabilium que tempore vicissitudinis naturalis preterierunt. vel ab an quod est circum et eo quod sit propter determinati temporis revolucionem. Notandum igitur quod secundum diversos diversa sunt anni principia. Numa enim pompilius annum suum incepit a solsticio hiemali quia tunc sol ad nos ascendere incipit. Unde ovidius. Bruma novi prima veterisque novissima solis Principium capiunt phebus et annus idem. Romulus vero annum suum iuxta equinoctium vernale incepit a marcio scilicet quia tunc omnia virent et florent. Secundum theologos autem annus a marcio digne inchoari videtur cum mundus factus sit 14 kalendas aprilis. Item precepto domini in exodi xii capitulo de marcio dictus. Mensis iste primus erit vobis in mensibus anni. Unde versus. Omnia cum vireant tunc est nova temporis etas. Sic annus prior incipiendus erit. Arabes autem annum incipiunt a solsticio estivali quorum opinio est solem

Left margin: Annus magnus

Right margin: in quo celebrabant pascha

fuisse factum in leone iuxta solsticium esti
uale. ¶ Quidam autem incipiunt annum
a septembri iuxta equinoctium autumpnale
quemadmodum iudei. Propter illud gene
sis. producat terra herbam virentem faci
entem fructum generis iuxta sui. Autump
nus enim est tempus fructuosum. unde ibi a
num uoluit incipere cum fructibus an
num spoliauerit decem. ¶ Istorum autem
principia imitamur talibus signan
dantes terminorum concurrentium numerum litteram
dominicalem incipimus a ianuario. Con
currentes [quidem] et regulares solares a martio.
A septembri uero epactas et regulares lu
nares. et secundum quosdam ciclos lunares. Unde
versus. Aureus in iano numerus claues quoque
nouantur. Littera sic domini nouatur et bissex
tus ibidem. Mars concurrentem reno
uat. september epactam. ¶ Sunt qui
dem in anno .lii. septimane. et unus
dies. et fere quarta pars diei. prout in pre
dictis innuitur. ¶ Dico quod iste residu
us uariat septimanas. et causa quare
te festa sanctorum et littera dominicalis singulis
annis uariatur. Ideo quod littera dominicalis termina
tur in .a. sicut ab .a. incipit. et est origo
concurrentium. Sed cum nullus dies sit
extra septimanam. dies iste pars erit sep
timane sequentis. et sic annum incipit.
Unde per septimanas computando integras
in tot diebus fit anni inceptio.
quotus est concurrens. Sic quod annus a
circularius continet .lii. ebdomadas.
¶ Quia autem festa sanctorum per illum diem uari
antur. sic patet. si aliquod festum in hoc an
no fuit in die dominico. in anno sequen
ti idem erit in die lune. et si bissextus
fuerit in die martis. Hec eadem in
ratio et per singulorum mensium kalendas.
Unde ad kalendas generaliter et articula

re quota feria quelibet mensis incipiat
inuenta sunt duo numeri scilicet concurrens
et regulares solares. De concurrente

Est autem concurrens numerus septena
rium non excedens. proueniens ex
superabundantia anni diuisi per septi
manas. ¶ Plus dico large ut uni
tas numerus appelletur. Quia quinque uni
tas est concurrens. Non excedens septe
narium dico. Quia concurrens septem non transit
sed peruenit ad illum. ¶ Tamen cum septem
sint ferie tamen in septimana et concurrens
et regulares solares habeant ostendere per
maiorem feriam mensis neuter eorum excedit
septenarium. ¶ Proueniens ex super
habundantia etc. dico. Quia ille dies
qui relinquitur ultra septimanas in
anno est causa concurrentis. ¶ Primus
quidem annus circuli solaris unitatem habet
pro concurrente. Secundus binarium. Tertius
ternarium. Quartus quinarium uno die
superaddito propter bissextum. Quintus sena
rium. Sextus septenarium. Septimus
unitatem. Octauus ternarium propter bissextum
et eodem modo computandum est donec per
ueniatur ad .xxviii. annum. ubi septe
narius est concurrens. et iste annus bisse
xtilis. ¶ Postea uero primus redibit
idem status in formatione concurren
tium. unde et spacium .xxviii. annorum dicitur circulus
concurrentium. ¶ Per hos autem versus
scitur quis sit numerus concurrentis in quo
libet anno circuli. Quam feriam martius f
primula significabit. Illius in uno
concurrens seruet anno. Unde et
nunc quotam feriam significat f. pri
mum in martio et talis est concurrens in
anno. ¶ Vel sic. Sex habet a/b.
quinque tenet/ c. quatuor/ et d. tres
habet/ e quoque duos/ f unum. g quoque septem/

Quociens .a. est littera dominicalis se-
narius est concurrens. quociens .b. qui-
narius. et sic deinceps. ¶ Dicitur autem
concurrens a con- quod est simul et currere.
quia simul currit cum regulari solari ad
ostendendum quota feria quilibet men-
sis incipiat. De regulari solari

Regularis solaris est numerus septena-
rium non excedens qui adiunctus
concurrenti primam feriam mensium in-
dicat. ¶ Plus dico large ut prius.
Non excedens septenarium ut prius.
Sed illud membrum. Qui adiunctus etc.
ostendit tamen officium regularis quam con-
currentis. ¶ Habet autem mensis et
semper habebit quilibet mensis tot pro re-
gulari solari a quota feria incepit in
principio mundi. Mundus autem fac-
tus est .xii. kalendas aprilis: unde ibi solet
notari primus dies seculi et sol iacere.
unde versus. Principium renouatur mundi
.b. tercia marcii. ¶ Constat quidem
quod primus dies seculi fuit dies dominicus
illa igitur .b. fuit littera dominicalis. Suppo-
to itaque per totum annum sequentem quod
.b. sit littera dominicalis. per qua feria men-
ses incipiunt. et sic per omnes patent regula-
res. ¶ Habet autem marcius pro regula-
ri solari .4. tamquam habuisset omnes di-
es suos (a principio creacionis mundi) integraliter. Vel regularis mar-
cii procedit ex uno .4. dierum remanen-
cium ultra divisionem dierum anni in-
ter singulos menses per .30. feriam. ¶ Ha-
bito igitur uno regulari sicut marcii. sic per
arte formari possunt omnium aliorum men-
sium regulares. Primo igitur dierum marcii
iunge eius regularem. ab illis simul
iunctis subtrahantur septem quociens
poterit fieri. relinquitur unitas que est
regularis aprilis. et sic similiter agendum de

omnibus ceteris mensibus. hoc est preno-
tandum quod si nichil fuit residuum. septena-
rius erit regularis mensis subsequentis.
Si vero aliquid fuit residuum. idem erit re-
gularis solaris. ¶ Per hos autem ver-
sus sine labore possunt haberi omni-
um mensium regulares. Quinque. no-
mar. iii. fe. sex. / a. iiii. aprilem / sep. de.
quinque septem sex. duo / in ma ia quoque tres ha-
bent / duo bis regulares. ¶ Habitis
igitur concurrente et regulari solari simul
iungantur. et si ex illorum coniunctione
resultet septenarius vel minor nu-
merus. in tali feria incipit mensis cuius
regularem supposuisti. Sed si maior fuerit
tunc septem demptis et quotus erit numerus residuus in
tali feria incipit mensis cuius regula-
ris sumebatur. unde versus. Dat feri-
am mensis concurrens et regularis plus
habito septem reliquum fuerit septem. + cape
¶ Dicitur autem regularis quia regula-
riter cum concurrente primam feriam men-
sis ostendit. et dicitur solaris ad differenci-
am regularis lunaris. De bissexto

Sex autem horarum diem bissextilem
integrancium nunc restat assig-
nacio. ¶ Est igitur bissextus in februa-
rio quarto anno additus solaris ex-
cursui solis adequetur. quia unius diei
interposicio. ¶ Sunt enim in anno sola-
ri .364. dies et sex hore fere inte-
grantes. ut in predictis manifestatur.
gratia tamen confusionis vitande complete
supponuntur. Quoniam igitur difficile esset
cuilibet anno suas sex annuo horas con-
numerare. ita quod numquam in diem redac-
te alicubi ponerentur. Nam si hoc
si annus precedens incipit a mane.
secundus a meridie. tercius a vespere. quar-
tus a media nocte incipiet. Quare

p(ro)ui(n)cium (et) q(uod) sex hore excrescentes in
primo anno (et) sex in s(e)c(un)do (et) sex in t(er)cio
reservent(ur) ad sex horas quarti anni.
vn(de) sic in quarto anno dies vn(us) ex q(ua)
ter sex horis colliget(ur). ¶ Iste g(ener)o dies
ita p(ar)ticulari(ter) collect(us) interponit(ur) fe
bruario eo q(uod) o(mn)i(u)m mensium brevis
simus (et) s(e)c(un)d(u)m rationes p(re)dictas vlti
mus. ¶ Et q(uonia)m q(ua)n(do) est ann(us) bis
sextalis in eccl(es)iis cathedralib(us) le
gentes in martilogio bis p(ro)nunti
ant sexto k(a)l(end)as marcii. duos dies
ponentes sup(er) eande(m) l(itte)ram. qui bis
sextus d(icitu)r. ¶ Duo g(ener)o dies cu(m) super
cautem. f. (com)putantur. sequenti die
celebrari debet festu(m) beati mathie a
p(osto)li vn(de) versus. Bissextu(m) sexte mar
tis tenuere k(a)l(end)e. Posteriore die cele
brantur festa mathie. ¶ Ratio
aute(m) quare eo loco int(er)scaleretur
bissextus hec (est). Senarius quide(m)
est primus nu(mer)us p(er)fect(us) (et) ille dies
est quasi p(er)fectio an(n)i. vn(de) interpo(n)it(ur)
die denominato a p(er)fecto n(umer)o (et) no(n)
in ultimo ne festum t(ermin)um mobili
tetur. Plus aut(em) p(er)fect(us) est an(nus)
p(ar)tes aliquote multiplicate (et) simul
aggregate ip(su)m nu(merum) p(er)fecte p(er)ficiu(n)t.
(et) hac r(ati)o(n)e (est) dicta p(ar)te q(uod) in februari
o interponitur cu(m) dies ei(us) in s(e)c(un)do nu
mero p(er)fecto (con)stituit(ur). f. 28. ¶ Vtru(m)
aute(m) sit ann(us) bissextal(is) necne sic sc(it)
tur. Plus annor(um) d(omi)ni ab eius na
tivitate (com)putor(um) p(er). 4. divide(n)t(ur). si ni
chil sit residuu(m) presens ann(us) (est) bis
sextalis. Si aliq(uid) fu(er)it residuu(m) no(n) est
bissextalis. S(ed) illud residuu(m) sive sit
vnitas sive binari(us) sive ternarius
annu(m) ostendit post bissextu(m). vn(de)
versus. Tunc bissext(us) erit p(ar)tes p(er)

quatuor equas. Annos p(ar)tiri cu(m) po
teris d(omi)ni. ¶ Nota(n)d(um) (est) q(uod) nisi bis
sext(us) observaretur. 136. annis (con)ti
geret natale d(omi)ni celebrari i(n) tam
longis dieb(us) sicut nunc celebratur
annu(n)ciatio d(omi)ni (et) sic p(atet). Cum sep(er)
quart(us) ann(us) sit bissextal(is) (con)tinget ex
dieb(us) bissextalib(us). 91. dies. qui sunt
quarta p(ar)s tot(us) anni. 365. dier(um). s(ed)
ex 91. die possunt fieri tres menses
duo s(cilicet). 30. dier(um) (et) t(er)cius 31. dier(um). s(ed)
tres menses sunt q(ua)rta p(ar)s anni q(ue)
si e(ss)et subtracta (con)tingeret predictu(m)
inconveniens ut fortte prius s(cilicet) q(uod)
natale d(omi)ni celebraretur i(n) tam lon
gis dieb(us) sicut nunc celebrat(ur) festu(m)
beati Joh(ann)is baptiste. (et) h(oc) sic p(atet) attente
(con)siderantibus. s(ed) duplicet(ur). 365. anni.

Viso quid sit concurre(n)s De cyclo
(et) quid bissext(us) sequit(ur) solari.
de ciclo solari qui (et) q(ua)lis istor(um) effect(us).
¶ Est g(ener)o ciclus solaris revolutio t(em)p(or)is
in qua (con)siderantur o(mn)es variationes q(ue)
fiunt i(n) anno solari p(er) concurrente(m) (et) bis
sextu(m). ¶ (Et) (com)plet(ur) iste cicl(us) q(uan)n(do) ult(ra) sep
timanas integras mensis (et) residuu(m) de
dieb(us) excrescentib(us) ult(ra) annu(m) ebdomadicu(m) q(ui)
sunt cu(m) concurrentiu(m) ut de sex horis excre
scentib(us) singulis annis ult(ra) dies anni
excrescentibus p(ro)venit bissext(us) (et) illud spa
tium t(em)p(or)is est 28. annor(um). Quo(niam) in tan
to t(em)p(or)e (com)plentur o(mn)es iste variatio
nes (et) quodlib(et) festum p(er) quamlibet
feria(m) variatur (et) bissextus i(n) qualib(et)
feria (con)tingit et ita in toto ciclo
ex dieb(us) bissextalib(us) vna integra
septimana. Sicut patet depinge(n)ti
ciclum solarem et tabulam co(n)
currentium. ¶ Cum a(u)t(em) cicl(us) sit cir
culus (et) in circulo vbicumq(ue) volueris p(ri)n

Fallit amor cunctos errant genere lasia dantes. Iuxta hos versus sic septem dicuntur bissextiles septem anni bissextiles in toto cyclo. Item quod post litteram dominicam sunt .. dominicales in anno bissextili.



cipium contigit assignare, et sortem in-
randum sicut ciclus solaris secundum diversos diversa
habet principia. ¶ Discretio igitur cicli
solaris secundum venetiam et vaticanum curiam
consideracionem in ecclesia habetur in his
versibus. Fons est ars bis agro fidam
alit aures edacem. Anguis fert esc-
as bos aut gens cecidit abus glans. Is-
torum usuum singule sillabe singulis annis ci-
cli solaris per ordinem deserviunt prima pri-
mo secunda secundo et sic deinceps. ¶ Prima
igitur utilitas istorum usuum est ut sciatur littera
dominicalis. Quecumque enim littera est inchoa-
tiva sillabe est dominicalis per totum annum cui
deservit illa sillaba nisi bissextus fuerit. Si
autem fuerit bissextus illa littera dominicalis erit
per x menses supra in anno currente et illa
que signatur contra fuerit littera dominicalis per
ianuarium et februarium usque ad locum
bissexti. ¶ Secunda utilitas est quod habita
littera dominicali sciatur per hunc versum habe-
tur concurrens. f. e. d. c. b. a. g. concurren-
tes posuere. Quotiens f. est littera domina-
lis unitas est concurrens. Quotiens autem
e. binarius et ita de aliis ordine observa-
to literarum in versu. ¶ Tertia utilitas est
ut sciatur utrum annus sit bissextilis unde

¶ Summatur igitur .xg. annum computando in
septem digitis duarum manuum ita quod pri-
mus annus cicli sic tradatur indicis si-
nistre manus. Secundus sic in medium prin-
cipaturus in superiori. Quartus in summitate
indicis quintus in radice maioris digi-
ti et ita ascendendo donec ciclus compleatur.
Dico igitur quod in septem summitatibus sunt sep-
tem anni bissextales. In radicibus vero
primi post bissextum et sic deinceps.
¶ Hoc est sciendum per talem alphabetum retro-
gradum. g. f. e. d. c. b. a. Quotiens in
nullo predictis versibus transilitur aliqua littera
istius alphabeti, tunc est annus bissextilis
et littera preterita dominicalis erit fere per
duos menses sicut predictum est. Littera vero
prime sillabe sequentis ubi saltus est
annus erit dominicalis per x menses
subsequentes. ¶ Sic itaque bissexta-
les in septem annis bissextilibus ex qui-
bus in toto ciclo una colligitur septima-
na in hoc continetur versiculo. Constans
est geminum bona donans feralis amor.
¶ Ciclus vero solaris secundum compotistam non
incipit ab eo anno quem nos et gerlan-
dus computamus principium sed a duode-
cimo illius ubi f. est littera dominicalis et uni-
tas concurrens quemadmodum in primo
anno si est annus bissextilis. ¶ Cuius
quidem discretio his versibus habetur.
Fallitur cum dolo albus ade gaudi-
a fuit et cum latrus adhuc gemi-
nat cum dolet. Crucis bella gere si-
mul eo duce bellum. Adgramadi fie-
dux ambula leniter ave. ¶ Eadem
autem est ars in his que et in superioribus. Si-
hic per ordines ubi autem per sillabas intelli-
gendum est et habent etiam assumenda
se indicas per annum bissextalem distribuen-
do per summitates et iuncturas digitorum

ut prius. prima littera tabule dominicalis erit ut prius. ¶ Hoc artificio possumus scire in quoto anno cicli qui ad ordinationem eius natalem et usum ecclesie sumus. Annis domini addantur 10. vii versus et semper vigintiprimo xix nascus fiat anno / et totam summam divide per 28. facta autem divisione aut aliquid erit residuum aut nichil. Si nichil sumus in ultimo anno cicli. Si autem aliquid sic residuum ostendet nobis in quoto anno cicli simus. ¶ Sed si secundum dyonisium volueris scire. Annis domini addantur 9. quia iam solaris ciclus xix natus fuit anno. Ciclus in ciclo fuit ut dyonisius alius. toto cum per 28 divide et apparebit questio.

Cum autem generalis **De quatuor temporibus anni** temporis permutatio papie a sole fiat. cuius appropinquatio calefaciat. Mora vero maturitas desiccat. Remotio quidem infrigidat. Sed mora remotionis humectat. Secundum eius appropinquationem elongationem vel mediocritatem quo ad nos consistentiam. quatuor distinguuntur anni tempora. scilicet ver estas. autumpnus hyemps. ¶ Est enim tempus anni in quacumque quatuor quadrantum zodiaci puncto solsticiali vel equinoctiali inchoata solis peragratio. ¶ Ver autem dicitur a virendo vires eo quod tunc omnia virent et florent. ¶ Estas ab estu .i. a fervore. ¶ Autumpnus ab anni auctumpnatione. vel ab autumpnos quod in greco cuius equipollens apud nos idem sonat quod morbidum vel tempestuosum. Est enim tempus frigidum et siccum. ¶ Hiemps dicitur ab emi quod est dimidium. vulgus enim dividit annum in hiemem et estatem large appellans hiemem anni medietatem. ¶ Istorum quidem quatuor anni temporum qualitatibus quatuor mundi regiones. quatuor venti cardinales quatuor elementa quatuor corporis humores et quatuor hominis etates complexione connectuntur. prout in subiecta patet figura.

¶ Principia quidem et terminationes istorum quatuor temporum anni quo ad ecclesiam in hiis habentur versibus. Ver petro dede. estas exinde sequitur. hanc dabit urbanus. autumpnum simphorianus. festum clementis hiemis caput est orientis. Cedit hiemps retro cathedrato symone petro. ¶ Secundum astronomos vero per quatuor quadras zodiaci distinguuntur ista anni tempora. Veris zodiaci caput est aries et vernis taurus. Estatis cancer. Autumpni pendula libra. Incipit ex uno pluvialis hiemis capricorno. ¶ Sed in quibus

mensibus et in quota die mensis incipiant habeant sic puta: Marcii a medio. Ver durat usque ad medium junii; estas autumpnum septembris habet; bruma usque decembrem. ¶ Nisi enim tamen estas quam autumpnus 91 dies habeant; hiems vero habebit 92 dies propter dies computatos ultra septimanas in fine decembris assignatas. Ver quidem 92 dies habebit si bissextus fuerit; sin autem 91 dies, quemadmodum estas et autumpnus. ¶ In istis autem predictis si non assignentur cuilibet parti tot dies quot ei assignandos diximus, hoc ideo contingit quia principia et terminationes partium anni per festa nobiliora voluerunt notificari; et circa earum principia non sunt festa magis notabilia; sed ideo fiat vel si unus vel duo dies unius partis computantur cum diebus alterius partis. De solsticiis et equinoctiis.

Inter hec autem que sunt quatuor tempora sive anni partibus sunt duo solsticia et duo equinoctia. ¶ Dicitur autem solsticium nomine quod sol aliquantum stet, sicut tunc est in maximo ascensu ad cenith capitis nostri vel etiam in maximo recessu a cenith capitis nostri. ¶ Cenith quidem est punctus firmamenti capitibus nostris directe suppositus. ¶ Equinoctium vero dicitur quando dies artificialis nocti adequatur. ¶ In quibus signis igitur contingunt solsticia et equinoctia patet his versibus: Hec duo solsticia faciunt cancer capricornus; sed noctes equant aries et libra diebus. ¶ Est autem solsticium hiemale circa principium et introitum solis in capricornum in medio decembris; tunc enim sol maxime recedit a cenith capitis nostri sive a nostro habitabili. ¶ Solsticium vero estivale est circa principium cancri in medio iunii. Sol enim tunc maxime accedit ad cenith capitis nostri in nostro habitabili. ¶ Cum autem sol recedens a primo puncto capricorni venit ad locum medium inter utrumque solsticiorum facit equinoctium circa medium marcii in principio arietis; et quia contingit in vere dicitur equinoctium vernale.

scendendo et quadragesimus dies est dominicus
septuagesime. In die dominica sequente prima
erit septuagesime. Si sit bissextus addatur
unus dies sicut in versibus continetur. ¶ Ad
habendum autem terminum pasche datur iste
versus. Esse grauem nobis bello
karnem [illegible] haucanis. Bellum se
pe gerens et cum puto deiat hostem.
Ayer amme lucam inuenies cum religio
sis. In hiis versibus sunt .19. dictiones .19. an
nis circuli .19. deseruientes. prima primo
et sic deinceps. Si quere cuius anni circuli
.19. terminum velis inuenire paschalem.
Sumatur dictio deseruiens illi anno. et si ter
minetur in .m. terminus paschalis erit in
marcio tot diebus computatis a fine mar
cii ascendendo quota est prima littera illius dic
tionis in alphabeto. et ubi terminatur ta
lis computatio ibi est terminus pasche. Si
autem non terminetur in .m. paschalis
terminus erit in aprili tot diebus computa
tis a principio aprilis descendendo quo
ta est prima littera eiusdem dictionis in alphabeto.
¶ Per hos versus scitur quot septimane
sunt inter dominicam proximam siue ante
siue post natale domini et quadragesimam.
Iungimur karos hinc gignit hau
macis hostis. lex iubet hostilis ha
beatur in herna gentis. Harens
humani generis instans hora leuamen.
Hic sunt enim .19. dictiones deseruientes .19.
annis circuli decennouenalis. prima primo et sic
deinceps. Vide ergo quota sit prima littera a
licuius dictionis in alphabeto anno deseruientis

et tot septimane sunt inter predictos. Sic
tamen quandoque fallat caueat sibi calcula
tor. Non enim vericata vianiores pote
runt assignari dictiones. De lustro et indictione.
Istac postrema huius operis particula
de quibusdam partibus computationibus [illegible]
sit et cetere temporibus consequens est
determinare. ¶ Est ergo lustrum spacium
quinque annorum a romanis constitutum ad
tempus dictature quod dicitur ab h[?]
uerbo polio unde lustro lustras. Insti
tuerunt enim quinquennium ut illud et in princi
pio dictature circuiuerit ciuitatem
ciues romani cum cereis. et postea in
marcio capud dictatorie eligerent. ¶ Ad
hunc modum occulte commemorat lustrum dicens
Lustra sex qui iam peracta etc. ¶ Indic
tio est spacium .15. annorum ad recipiendum ab
exteris tributa a romanis institutum.
Dicitur ab indico indicas quia ad pontifices per
tinet. Unde versus. Indicant reges indicat
festa sacerdos. ¶ Cum enim romani fere
dominarentur uniuersis nationibus
statuerunt sibi tributarias sapien
tes ut hec remotiores propter difficulta
tem itineris in fine quinquennii primi
persoluerent aurum ad dignationis capitis. In
fine secundi argentum ad stipendia militum.
In fine tercii es et ferrum ad armorum repa
rationem. Unde indictio a quibusdam dicta
est ab ere uel ferro ideo in fine eius
soluto. ¶ Unde instituerunt quoque romani
quod nullum priuilegium vel est conuentio
scripto commendata esset stabilis nec fir
ma nisi haberet annum indictionis an
notatum et hoc ne tributorum soluendorum
memoria laberetur. ¶ Hoc autem tem
poribus utimur in indictione in priuilegiis.
et in cereo paschali et in dedicationibus ec
clesiarum. ¶ Incipit autem adhuc indic

nonus in septembri. quia cum tunc sit ubertas
fructuum unde bene possit solui tributum.
Si autem placeat scire annum in quo
anno cicli indictionis simus. Annus domini
addatur 3. Cum dominus dicatur natus fuis-
se in quarto anno cicli indictionis. et to-
tum per 15 diuide. et si nichil fuit residu-
um sumus in ultimo anno indictionis. si
non aliquid ostendit nobis in quo anno ci-
cli indictionis simus. Est autem indictio
equiuoca ad totum ciclum 15 annorum et ad
quemlibet annum illius cicli. Seculum autem
dicitur spatium centum annorum unde multi per-
venere secula. Seculum etiam dicitur mundus
et tota machina mundana cum suis contentis.
Euum vero dicitur spatium mille an-
norum. Dicitur etiam euum idem quod etas unde
homo magni eui dicitur. Dicitur etiam
euum idem quod eternitas unde boetius. O
qui perpetua mundum ratione guber-
nas. Terrarum celique sator qui tempus
ab euo ire iubes stabilisque manens
das cuncta moueri. Tu stabilire velis
opus hoc per tempus eui. Explicit com-
potus.

Anno christi bis. cc. quaterdeno quater
anno Deslavolosco dictauit
quaternum. Gratia cui nomen dedit diuina
Johannes. Annuat hic nobis huius sic carpere
fructum. Gratie christi quod nos hic fructificemus.
Inuide quid laceras que perstat carmina con-
tra. Alternas quod non alternare ualebis.
Scilicet in annis sua commoda scribere: talia
Scripsit perplexa pagina lecta uiros.

Quoniam scientia
per instrumentum operatiua liber-
tati sui nouitatem de-
notatur precexigit. presentis itaque
operis per quadrantem cognitionem quia
docentis consistentia naturaliter procedit.
Est igitur quadrans
Instrumentum plane quadratum lineis et gradibus
geometrie insignitum ad stellarum ele-
uationem altitudinem dimensionem horarum cer-
titudinem rerumque altitudines distantiarum
et mensurationem discernendum. Ad cuius
compositionem lamina metallina vel
asser de ligno pro voluntate artificis
ad hoc ydoneo perquiratur. Inque sec-
tionis artificio uel geometrie industria
angulus rectus efficiatur ad lineis or-
thogonaliter utrimque deductis et pede
circini in angulo concursus linearum fixo
periferia ad quantitatem lateris operati
circumducatur. Deinde superfluum
a lineis undique exclusum quadrante
remanente remoueatur. Quod sic
fiat. fiat circulus in plana tabula cuius
quarta adequetur quadranti et illius cir-
culi rectissime accipiatur centrum pos ci-
rcino et per illius quantitatem fiat qua-
drans. vel sic fit rectus angulus geo-
metrie industria. Protrahatur linea re-
cta. Deinde circino fixo in una extre-
mitate et alio eius pede ultra centrum li-
nee medietatem extenso circumque cir-
culi fiat linearis portio. puncto posito
fixo circino in alia eius extremitate li-
nee consimiles describantur que intersecabunt
priores ex utraque parte linee prime. De-
inde a punctis intersectionum ducatur li-
nea secans ex transuerso lineam primam
et constituens quatuor angulos rectos super
quorum quemlibet poterit quadrans consti-
tui in hunc modum. In quadrante igitur
formato lateribus perfectis duobus alter-
natim equaliter insignitis. linee margi-
nales regulariter deducantur et pede
circini in angulo linearum marginalium

Quadrans cum cursore

tum circino posito. limbus eius in circumferentia assignetur. ¶ Deinde stringatur circinus. et fiat arcus quarte partis firmamenti. scilicet nonagesima. ¶ Fiant iterum duo arcus interiores per circini constrictionem. Quorum exterior recipit titulationem arcuum horarum. interior vero extremitates longarum linearum horalis computationis. ¶ Deinde astringatur circinus. ut fiat arcus interior. relinquendo spacium septem linearum ad opus cursoris. ¶ Limbo autem per circinum in duo equaliter partito. regula ponatur super centrum quadrantis. et punctum illud equalitatis linea equinoctialis assignetur. Hec enim linea dividens dyametraliter quadrantem per medium. ¶ Ex tunc utraque parte arcus limbi in tres partes equales per circinum dividatur. et regula posita super centrum quadrantis. et unumquodque illorum punctorum. fiant linee longe tres arcus in margine limbi complete intersecantes. et spacium cursoris usque ad arcum interiorem. Ad quarum extremitates titulantur arcus horarum extremitates. ¶ Et tunc unaquaque illarum trium portionum in tres partes per circinum equaliter dividatur. et regula posita super unumquodque illorum punctorum. et centrum quadrantis. protrahantur linee longe duos tantum arcus marginales intersecantes. que dicuntur linee horalis computationis. ¶ Ulterius et unaquaque illarum trium portionum. scilicet solummodo arcus graduum dividatur in quinque partes equales. ut sic habeas 90 portiones quarte firmamenti quarte partis gradus dictas. ¶ Huius spacii reservatur locus cursoris. et cursor [vel tabellus] formatus de materia superponatur. Cuius equalis longitudo sit 47 graduum limbi quadrantis. ¶ Cursor autem in quadrante sic formatur. ¶ Ponatur enim regula super centrum quadrantis [vel centrum] et finem 23 graduum a dextris. et fiat linea intersecans cursorem. Similiter in sinistra parte posita regula super centrum quadrantis. et finem 23 graduum in limbo. fiat linea intersecans cursorem. Inter istas igitur duas lineas extremas remanebit equalis longitudo cursoris. scilicet 47 graduum. ¶ Deinde cursore in concavitate stabili remanente. dividatur eius latitudo cum circino in septem arcus equales. Ita quod primus sit latus in quo possint scribi littere. Secundus sit gradualis. Tercius latus. Quartus gradualis. Quintus latus. Sextus gradualis. Septimus iterum latus. ¶ Postea arcus primus in sex portiones equales cum circino dividatur. et accipiatur medietas unius in principio illius arcus. et signetur cum puncto. Similiter in fine eiusdem arcus alia medietas. et residuum inter hec duo extrema dividatur in quinque portiones equales. et regula posita super centrum quadrantis et unumquodque illorum punctorum. protrahatur linea intersecans duos arcus exteriores utrobique [supra et infra]. Tres autem arcus interiores dividantur equaliter in sex portiones. ¶ Scribantur igitur nomina mensium in duobus arcubus exterioribus. Ita quod medietas decembris scribatur in fine arcus exterioris. in quo contingit solsticium hyemale. et alia medietas in fine interioris arcus ascendendo. Deinde quinque menses ascensus solis. scilicet januarius. februarius. per medium autem martii transeat linea equinoctialis cursoris quadrantis. Deinde sequatur aprilis. maius. medietas autem iunii scribatur in fine arcus interioris ascendendo. Reliqua quidem medietas in principio arcus exterioris descendendo. In cuius medio contingit solsticium estivale. et ita per ordinem quinque menses descensus solis. ¶ In linea vero graduali sub quolibet mense fiant tot portiones quot dies quilibet mensis continet. ¶ Nomina signorum postea in tertia linea. Ita quod sex signa in quibus ascendit sol in superiori arcu. scilicet post capricornus. aquarius. pisces. Caput autem arietis incipiat a linea equinoctiali cursoris. et te

superieceti

Ponatur pes circini in puncto centri quadrantis. et extendatur pyxida quousque [illegible] extremitatem linee longe a dextris. et ibidem quiescente pyxida ducatur [illegible] usque ad punctum linee longe [illegible]. et fiat arcus [illegible] a centro quadrantis [illegible] linea marginalis ex parte dextra per medium et [illegible]. Item dividatur per circinum linea marginalis [illegible] centrum arcus sexte. Item medietas ab eodem puncto usque ad [illegible] medium et centrum [illegible] dividatur equaliter per circinum in sex partes [illegible] linee longe [illegible] finis longe linee puncto assignentur [illegible] et dimidia a parte [illegible]

inceps. taurus. gemini. Alia sex signa in quibus descendit sol scribantur in alio circulo descendendo. Cancer primo. leo. virgo. Caput autem libre incipiat ab equinoctiali circulo. et deinceps. scorpius. sagittarius. In linea vero equali media inter signa duo fiant .30. incisiones pro gradibus cuiuslibet signi. His habitis ponatur quadrans super assem planum. et cum regula protrahatur linea longa extra quadrantem in directo linee marginalis a parte dextra. in qua centra circulorum horarum invenientur. Posito igitur pede circini in linea illa longa. extendatur pyxida donec tangat centrum quadrantis. et extremitatem linee longe hore prime ex parte sinistra. et circulum ducat pyxida a puncto ad punctum. ut fiat circulus hore prime. Vel sic artificialiter. Ponatur pes circini in puncto centri quadrantis. et extendatur pyxida quousque tangat extremitatem linee longe a dextris. et ibidem quiescente pyxida. ita quod pes fiat pro pyxida. et pes stet in fine linee marginalis. ducatur pes circini ad lineam longam extra quadrantem. et punctus contactus erit centrum circuli hore prime. et pede circini ibidem stante ducatur pyxida ab extremitate illius linee longe in centrum quadrantis. et fiat arcus hore prime. Deinde astringatur circinus ut inveniatur arcus hore secunde infra quadrantem. et sic deinceps. Hoc quidem secundo. ponatur pes circini in linea marginali ex una parte. et extendatur pyxida. ita quod tangat centrum quadrantis. et pede linee dyametralis. ubi tangit circulum in tertie limbi in quo arcus horarum terminantur. et puncto ubi posito protrahatur linea recta a puncto illo usque in dictum pedem dyametri. Fiat et alia interius eque distans illi. Deinde et tertia. Sic et ex alio latere quadrantis. Postea dividatur spacium inter duas primas lineas in duodecim utrobique. et super secunda linea sit

longa dividentes utrumque spacium illarum trium linearum gratia facilis computationis. et sic fiat scala altimetra. Quadrante igitur facto in eo figantur due pinnule (denticuli) perforate de cornu vel ebore vel metallo quocumque in latere quadrantis ex parte linee in qua centra circulorum horarum assignantur. ab utroque capite per duos digitos vel per tres. ita quod foramina pinnarum equaliter distent a linea marginali. Deinde fiat perpendiculum. scilicet filum dependens a clavo fixo in angulo concursus linearum marginalium in cono quadrantis habens plumbum in extremitate et circulum in medio. scilicet nodulum mobilem sursum et deorsum pro voluntate artificis.

His itaque constructis. ad tabulas transeamus quadrantis. que sunt sex. In quarum prima habetur in quo gradu cuiuslibet signi sit sol singulis diebus in anno bisextili. In secunda quidem in primo anno post bisextum. In tertia secundo post bisextum. In quarta tertio post bisextum. In quinta est tabula que est declinationis solis ab equatore. accipiendo minutis gradus in lineis [illegible] ad hoc tantummodo. ut in lineis declinationis possit haberi vera declinatio solis. qua habita possumus habere solis altitudinem in qualibet regione in meridie per additionem vel subtractionem declinationis ad elevationem id est ad altitudinem capitis arietis super orizontem. sicut dicetur [illegible]. Est notandum quod cum est annus tertius post bisextum secundum ecclesiam. tunc est annus bisextilis secundum astronomos. quamvis eodem tempore apud alios contingat bisextus. Et hoc est quia astronomi incipiunt annum a martio. et eodem anno in februario contingit bisextus. Similiter cum secundum ecclesiam est annus bisextilis. tunc secundum astronomos est primus a bisexto. et sic deinceps computabis. Astronomi enim semper incipiunt annum. unde cum est annus bisextilis secundum ecclesiam. tunc deficit illi anno tabula quadrantis post bisextum. et cum est primus annus a bisexto secundum

ecclesiam. illi anno desinit sedecima tabula post tabulam bissextilem. et sic de aliis. ¶ Sexta tabula dicitur tabula umbre. per ipsam docemur metiri altitudinem cuiuslibet rei per suam umbram. ¶ Continet autem hec tabula in latitudine sua novem lineas. quarum prima et quarta et septima continent omnes gradus quadrantis designantes gradus altitudinis solis. et incipiens numerus ab unitate progredi naturaliter usque ad .90. Secunda vero linea. et tertia. et quinta. et sexta et octava. et nona. continent portiones in quas distinguenda est umbra rei. ¶ Si velis igitur scire altitudinem alicuius rei. vide primo per quadrantem quot gradibus sol elevetur. et numerum graduum illorum quere in lineis rubeis designatis gradus altitudinis solis. et numerus proximus positus in eadem linea versus dexteram cum super minutis ostendit per quot portiones debet umbra rei dividi. et si numerus portionum est maior quam .xii. reiciatur quicquid est super .xii. umbra divisa in tot portiones. quot numerus monstrat. deleantur ab umbra portiones que sunt supra .xii. Si vero non sint .xii. portiones. addantur portiones equales donec duodecim compleantur. et semper altitudo rei equipollet talibus .xii. portionibus. sive uni portionum addatur aliquid. sive ab eo aliquid subtrahatur.

Ad habendum igitur solis altitudinem Capiatur tabula sinistris anno in quo sumus. In cuius margine superiori ponuntur nomina mensium. Deinde nomina signorum. Sub quibus gradus et minuta habentur per duas lineas descendentes. In sinistra quidem parte in linea exteriori ponitur numerus dierum mensium. Sumatur igitur nomen mensis in quo sumus in margine superiori. et dies mensis presentis in sinistra linea. Deinde binis alternis secas lineis ingredere usque ad productionem angularem. et quot ibi reperiatur numerus. tot gradus pertransivit sol ab initio illius signi sub quo continetur dies mensis. Postea vero inde numerus eiusdem signi capiatur in linea numeri tabule opposite. que intitulatur tabula declinationis solis. et est quinta in ordine tabularum. Deinde versus dexteram in lineis declinationis solis habetur solis declinatio. et notandum quod in tabula presenti quotienscumque plus quam .30. occurrunt in minutis. pro gradu uno sumantur. quotiens minus pro nichilo. Plus igitur declinationis solis addatur ad numerum stabilem. scilicet. 67. partibus. et habebitur ascensus solis in meridie presentis diei. ¶ Sed alibi in quacumque regione fueris. sic invenitur numerus stabilis. Consideretur elevatio poli super orizontem. et per quot gradus elevatur. tot subtrahantur a nonaginta. residuum erit numerus stabilis. ¶ Postea ponatur perpendiculum super finem gradus elevationis solis in meridie. et in puncto ubi perpendiculum tangit arcum meridiei ordinetur curriculus. Deinde ad habendum horam qualibet. vertatur cursus quadrantis contra solem. et super cuiuscumque hore arcum curriculus ceciderit. finis hore illius est. quam vulgariter horam dicunt. Si ceciderit inter duos arcus horarum. tunc hora presens est arcus sequentis. scilicet prima post eius. vel media. et deinceps. Hec habita. quis planetarum regnavit in hora presenti. scilicet benivolus. vel malivolus. vel indifferens. secundum ordinationem motus planetarum per horas. ¶ Si autem certitudinem horarum noctis investigare volueris. considerata. quacumque stellarum notabilium oritur primo post occasum solis super orizontem et visa cum quadrantis visus eam. ita quod videatur per foramen utriusque pinne. et curriculus ostendit presentem horam noctis.

…do capitis arietis et minus stabilis idem est. Latitudo regionis sive altitudo … declinatio cenith ab equinoctiali sive elevatio poli super orizontem … idem est.

Si vis scire in quo gradu altitudinis sit sol in hora aliqua recipe radios solis per utrumque foramen pinnarum … et nota in quanto gradu limbi cadit perpendiculum et in tanto gradu altitudinis est sol in hora illa.

Inventio horarum cum quadrante. qui cum circulos equinoctiales circumscriptos lineam que martium et septembrem per medium intersecant super elevationem capitis arietis et libre in regione illa dispone. Deinde curriculus ubi arcum meridiei perpendiculum intersecat ordinetur. et sic usus omnino quadrantis usus solent ut prius. hora presentis habebis. Ad horas quoque distinguendas ordinato cursore in quadrante quemadmodum linea equinoctialis. id est linea dividens cursorem per medium. ordinetur super finem gradus altitudinis capitis arietis et libre in illa regione. Quod sic fieri potest. Computentur tot gradus a linea in qua centra arcuum horarum inveniuntur quot gradibus distat cenith capitis regionis illius ab equinoctiali. Quo facto si horam diei presentis quamcumque habere volueris perpendiculum in quo curriculus iungitur super diem mensis presentis pone et dirigatur curriculus super arcum meridiei. Deinde elevetur conus quadrantis quousque radius solis transeat per foramen utriusque pinne. et cuiuscumque hore arcum curriculus tetigerit finis hore illius est. que vulgariter hora dicitur. Si autem inter duos arcus fuerit. arcus sequentis hore presens est hora media tertia vel deinceps. Cum autem regionis cuiuscumque latitudinem invenire volueris. accipias solis altitudinem in meridie prout verius et citius potes. et scias in quo gradu cuiuscumque signi sit sol in die illa. Et si fuerit in principio arietis et libre. altitudinem quam accepisti de 90 minue. et quod remanserit erit latitudo vel altitudo regionis. hoc est declinatio cenith capitis ab equinoctiali. Si autem sol fuerit extra hec duo loca [principium arietis et libre] intra cum signo et gradu in tabula declinationis solis. et si sol fuerit in signis septentrionalibus. et declinatio septentrionalis erit. Eam igitur de altitudine quam accepisti minue. et si in australibus australis erit eius declinatio. sive meridiana. Eam igitur altitudini quam accepisti adde. et quod est post augmentum vel diminutionem provenerit. scias esse altitudinem arietis et libre in eadem regione. quam a 90 subtrahendo invenies. regionis latitudinem invenisti que est elongatio cenith ab equinoctiali. vel altitudo axis super orizontem quod idem est. Si autem illud idem per stellas fixas investigare volueris. quamcumque ex stellis fixis in eadem regione non occidentem considera. Stelle in illa regione non occidentes sunt quarum elongatio a polo est minor elevatione poli super orizontem. Occidentes vero sunt quarum elongatio [elevatione poli super orizontem] maior est. Cuius igitur non occidentis altitudinem altiorem et inferiorem inveneris. eas quod simul iunctas in duo partire. Dimidium earum scias esse elevationem poli ab orizonte regionis. et eiusdem regionis latitudinem. id est declinationem cenith ab equinoctiali. quantum enim distat cenith ab equinoctiali. tantum polus septentrionalis elevatur in illa regione ab orizonte et meridionalis deprimitur. quod monstrant instrumenta. Cum autem altitudinem solis in quacumque regione invenire volueris. declinationem gradus in quo sol fuerit in eadem die [in tabula] accidentem. Eam si fuerit septentrionalis adde ad numerum stabilem [regionis] [quem primo posuisti] scilicet latitudinem regionis. Si vero meridionalis eam a numero stabili subtrahe. et quod collectum fuerit de 90 minue. et quod remanserit post diminutionem erit altitudo solis eiusdem diei medie. Scias etiam quod si minueris latitudinem regionis solum de 90. remanebit tibi altitudo capitis arietis et libre in eadem regione die media. Cum autem altitudinem rei in plano constitute scire volueris. perpendiculo super 45 gradum [et linea equinoctiale] posito. tam diu ante vel retro move te. donec per utrumque pinne foramen rei cacumen videas. et tunc … bes maiore computare a linea marginali

adde que inveneris altitudinis solis orienti … fiet ad latitudinem regionis.

ypotenusa vel latus trigoni

Cathetus

gradus 45

Basis vel latus trigoni

Basis maioris … trigoni

Si perpendiculum cadat sup pucta umbre recte siue extense v pin plrude sp altitudo rei tociens [illegible] spacii qd e a loco in stas. 7 pede rei. [illegible] linea dca a linea ppendiculari. vt si perpendiculare cadat sup pa lineam in clusiue intellige. tuc spaciu e sca ps s. medietas altitudis. Si v cadit sup tcia lineam. spaciu tcia ps altitudis. Si sup qrtam. qrta ps. 7 sic deinceps. Totu aut eccontra e. si pendiculare cadat sup sinistru latus quadrantis. sca qrta 7 linea sup qd cadit ppendiculare a linea equali tota ps 7 altitudo sca e sapedca. vt si ppendiculare cadat sup scam lineam inclusiue a linea ppendiculari altitudo e medietas spacii. Si aut cadat sup tcia. altitudo e tcia ps. Si sup qrtam. qrta. 7 sic deinceps.

quanta distantia erit a pede tuo usq ad ra dice rei cu adiectione stature tue. tanta erit altitudo rei illi procul dubio. Si aut altitudine eius ut n moriearis scire volueris. tuc coniu quadrantis ius rei eius men eleuato. quousq videas altitudie eius p foramine utriusq pinne. tuc si ceci derit perpendiculum sup pucta umbre extense. considera i qua pportione se habeat. xij. ad pucta illa. 7 i eade pportione se habebit altitudo rei ad distantia int te 7 radicem rei cpara. adiecta longitudie stature tue. Si u cecidit sup pucta umbre v'se. i qua pro tione erut pucta illa ad. xij. tota pars erit altitudo longitudis int te 7 radi cem eius. cu adiecta longitudie stature tue. Unde siendu qd si fuit perpendiculum sup dyametru quadrantis. erit altitudo rei equalis longitudi. adiecta sibi statura mensuris. 7 si fuit sup rectam. erit alti tudo minor longitudie. Si u fuit sup versam. erit altitudo maior longitudi ne. Statura mensoris appello longitudine stature eius a terra usq ad oculu. unde radius visionis exit. Tantu eni spacium retrocessu ad bases maioris trigo ni sp adiciendu e. quonia ypothenusa q a summitate altitudinis ad oculu tendit mensoris. si post tgu i pendicular ulterius proiceretur infra pforis v. die si quide post tgum mensoris nu sit triangulus alius formaret. Cathetus eius statura mensoris. Basis u adiecta. vn ulterius a pstiniori pmeta basis e. porrecta catheti. Tendit ad metas ypothenusa duas. Quacumq aut pportion cathetus minor basis 7 ypothenuse ppenderit si orthogonaliter erigatur. eande cathetus maior ad sua basim. 7 ypothenusam habit pportione. Cu igitur perpendiculu

sup dyametru cecidit. Altitudo cu basi sua equalis erit. Sz tuc graduu qui supra perpendiculu est i umbra extensa cum toto ipso latere quadrantis cparatio qd sic cem basis gerit 7 cu infra pdierit i sa vice superexcrescere catheto. tuc qui ibi e cu toto late quadrantis cferuntur e ande basis cu catheto pportione habi dinoscitur. Cu aut planicies inte te et rem metiendam sit inequalis. denotetur puc tis notabilibus i late rei metiende p fora men utriusq pinne. perpendiculo ua te sup linea marginale quadrantis. 7 postea eleua quadrante. ut videatur rei altitudo p foramine utriusq pinne. per pendiculo sup linea equinoctiale iacen te. Quanta igitur erit linea ducta ab oculo mensoris ad punctu signatu i late rei metiende. tanta pcul dubio e altitu do rei a puncto illo usq ad summitate. Si qua aut vis metiri planitie. p utriusq pinne foramine luminis eius ex aduerso considera. Postea pucta umbre sup que cecidit perpendiculu ad. xij. cpara. 7 qualis fuit cparatio punctoru ad. xij. talis erit cparatio stature tue ad tota rei planitiem. Et hec m chi dca de simplici 7 cposito quadran te ad plenis sufficiant. Explicit



Intentio nostra est in hoc tractatu describere figuram machine mundane et situm et figuras corporum eam constituentium et motus corporum superiorum et figuras circulorum suorum. Cum ergo huiusmodi machina mundi sperica sit, dicendum est in primis quid sit spera.

Est autem spera transitus semicirculi dyametro eius fixo donec ad locum suum unde incepit redeat. Si ergo semicirculus a b c supvolvatur super a b dyametrum fixam, manifestum est quod motu suo describit corpus in cuius medio c omnes linee exeuntes ad eius circumferentiam sunt equales. Et erit corpus illud huiusmodi corpus quod dicimus esse spericum. Tale autem corpus est tota mundi machina. ¶ Ymaginemur ergo super c centrum d f e semicirculum describi. Manifestum est ergo quod superficies inter a b c semicirculi circumferentiam et d f e semicircumferentiam, si circumvolvatur super a b dyametrum, motu ~~et corpus illud totum interius et exterius~~ suo describit corpus cuius utraque superficies et interior et exterior erunt sperice, et corpus illud totum interius et exterius sphericum habens et extra se omnia alia corpora continens inter se consimilis figure et situs. ¶ Corpus autem huiusmodi est unum quod quintam essentiam nominant philosophi sive ethera sive corpus celi et per eius circulares proprietates circulariter mobile in quo septem planete cum stellis fixis continentur. ¶ Posito iterum c centro et d e spatio occupato, describatur semicirculus g h i. Superficies autem contenta inter d f e semicircumferentiam et g h i semicircumferentiam corpus interius et exterius sphericum describit contiguum exterius quinte essentie et intra se continens reliqua corpora cuius figure et situs est corpus ignis. ¶ Superficies autem inter g h i semicircumferentiam et k l m contenta circumvolutione sua describit corpus cuius figure et situs similitudinem obtinet aer. ¶ Item superficies inter k l m et n o p semicircumferentiam contenta rotatione sua describit corpus cuius figure et situs similitudinem obtinet aqua. ¶ Circuitu iterum n o p semicirculi describitur corpus sphericum in medio predictorum corporum contentum, cuius figure et situs similitudinem obtinet terra. ¶ Verum cum terra ut alia elementa habitaculum et receptaculum habentia, aqua non continuatur terre, recessit et apparuit superficies terre separata. Est quoque terra cum aquis in se contentis sicut spera terre solum.

Quod autem corpora predicta sperica sint rationibus naturalibus et experimentis astronomus ostendit. ¶ Quia unumquodque quantum ad naturam et formam et unumquodque predictorum corporum est unius nature cuius scilicet quelibet pars participat cum toto in nomine et diffinitione, necesse fuit ut unumquodque haberet uniformem figuram cuius quelibet pars esset toti consimilis; talis autem nulla est preter spericam. ¶ Preterea quia omne ponderosum tendit ad centrum et locus profundior est qui est circa centrum, necesse fuit duo corpora ponderosa spericam habere figuram. Et similiter est de duobus levibus, quia locus elevatior est qui magis distat a centro et omne leve ad magis elevatum tendit. ¶ De quinta essentia ostendunt philosophi quod ipsa est sperica, quia natura est motus rectos qui sunt elementorum gravium et levium reducere ad motum circularem qui fit de necessitate quinte essentie. Et si movetur circulariter de necessitate sperica est, quia si esset angulosa de necessitate esset locus vacuus. ¶ Experimento satis patet quod terra est rotunda...



appareat eis qui sunt in occidente. Similiter alia eclipsis que fuit
in media nocte eorum qui sunt apud arym
[illegible] luna [illegible] eclipsari [illegible]
[illegible] in media non [illegible] sole [illegible]
[illegible] eclipsim [illegible] sol [illegible]
[illegible] luna eclipsari.

esset plana cum visus directe procedat vi-
sus omnium in superficie terre existentium ad eundem
locum in celo terminaretur. Item notum est per ex-
perimento quod qui sunt in media india super a-
rym civitatem videt polum septentrionalem
et ipse similiter visus eorum. Et quanto magis homi-
nes recedunt ab illa civitate versus sep-
tentrionem tanto magis elevatur eis po-
lus et finit visus eorum super polo. Illud autem non
posset accidere nisi terra esset rotunda. Item quod
sit rotunda versus oriens et occidens patet
per hoc quod prius et dies his qui magis acce-
dunt orienti et tardius his qui propiores
sunt occidenti et similiter nox. Et hoc scitur per
eclipses lunares. Eadem enim eclipsis vi-
sa est apud arym in vespere eorum que fuit
in media nocte eorum qui sunt in oriente. Et non est a
c fuit in vespere occidentalium et in mane orien-
talium. Quod autem celum sit sphericum patet per ap-
paritionem nobis in visu. Videmus enim stel-
lam unam non motam in celo et omnes stel-
las reliquas moveri circulariter circa ip-
sam et stellas ei propinquiores breviores
circulos describere et remotiores maiores.
Apparet item nobis unaquaque stellarum in
ortu suo et in medio celi et in occasu eiusdem
magnitudinis. Iste autem dispositiones non
possunt esse nisi terra corpore sperico et sperice
moto circa dyametrum immobilem. Sciendum
igitur quod quinta essentia circulariter
movetur et circa dyametrum suam. Dya-
meter autem ista axis nominatur [illegible]
magnalis. Et extremitates axis
poli appellantur. Quorum unus qui nobis semper
apparet articus appellatur ab arthos gre-
ce quod latine dicitur ursa eo quod iuxta ipsum est
tam maior ursa quam minor. Polus vero
ei oppositus antarticus appellatur quasi contra
articum polum. Super hos duos polos
ut dictum est circumvolvitur celum cum omnibus

stellis et planetis. Quilibet in eo motu equa-
li et uniformi per diem et noctem semel circui-
tus motus eius efficacius et causa mundi.

Ymaginetur igitur
circulum magnum per duos polos pre-
dictos circumductum et alium per eosdem polos
circumductum secantem priorem orthogona-
liter. Hii duo circuli vocantur coluri. Et
colon quod est membrum et uron quod est bos silves-
ter eo quod apparens nobis in visu de circulis
illis caude bovis assimilatur. Ymagi-
netur iterum magnum circulum circumductum
distantem ab utroque polo per latus quadra-
ti. Hic circulus utrumque predictorum secabit
orthogonaliter. Et hic vocatur equinoctialis
eo quod quando sol circumvolutione firmamenti
describit illum circulum equalis est dies
nocti in omni regione. Ab equinocti-
ali igitur circulo accipiantur 12 gradus sive
12 [illegible] et 23 minutas versus polum
articum in uno predictorum colurorum et a
puncto equinoctiali precise opposito si-
militer in eodem coluro totidem gradus et
totidem minuta versus polum antar-
ticum et circumducatur circulus magnus per ter-
minos predictorum graduum et minutorum hinc
inde sumptos qui circulus de necessitate per-
transibit per duo puncta ubi equinoctialis
reliquum colurorum secat. Hic circulus
magnus vocatur linea ecliptica sive
circulus signorum. Si hinc circulo circumdu-
cantur duo circuli eque distantes hinc in-
de quorum uterque distat ab eo per tres gradus
superficies circularis habens latitudinem
12 graduum inter eosdem circulos contenta
zodiacus vocatur. Azaal quod est animal eo
quod eius partes ymaginibus sunt insignite
nominibus animalium nuncupatas. Hic
circulus in duodecim partes dividitur et vocatur
unaquaque duodecima signum unum.

b quod plage tellure premunt. Ymaginentur itaque circulum sub

bet iterum signum in 30 gradus dividitur. Erunt sic in circulo toto 360 gradus. Et quilibet gradus in 60 minuta dividitur.

Imaginandum igitur supra in zodiaco ubi circulus secat circulum equinoctialem a qua sectione fiat processus versus motum firmamenti procedendo in partem septentrionalem principium primi signi invenitur. Primum enim signum vocatur aries, secundum taurus, tercium gemini, quartum cancer, quintum leo, sextum virgo, septimum libra, octavum scorpio, nonum sagittarius, decimum capricornus, undecimum aquarius, duodecimum pisces.

Principium cancri est punctus circuli signorum qui magis appropinquat polo artico. In motu ipsius circuli describitur circulus equidistans equinoctiali qui vocatur parallelus eo quod est equidistans et tropicus estivus quia sol ad illum accedens in estate convertit motum suum versus austrum. Tropos enim idem est quod conversio.

Circumvolutione autem puncti initii capricorni describitur circulus equidistans ab equinoctiali equaliter per eque distanciam qui tropicus hiemalis appellatur eo quod sol ad eum accedens in hieme cum ibi pervenerit convertit motum suum ad septemtrionem.

Si igitur ymaginetur lineam rectam orthogonaliter penetrantem superficiem circuli vel cinguli signorum per centrum eius linea illa erit axis zodiaci. Cuius extremitates dicuntur poli erunt in coluro qui transit per puncta tropica tum remota utrique a polis mundi quanta est declinatio punctorum predictorum ab equinoctiali.

Circumacte igitur polorum zodiaci describuntur duo circuli equidistantes ab equinoctiali eiusdem magnitudinis et ille qui est versus polum articum vocatur parallelus articus sive septemtrionalis et reliquus ei oppositus parallelus antarticus sive australis.

Et hii quinque paralleli sunt quinque zone. De quibus Virgilius in georgicis dicit: Quinque tenent celum zone quarum una corusco semper sole rubens et torrida semper ab igni. Et Ovidius in primo methamorphoseos. Item de circulo signorum recte disposito nullus est angulus signorum declinacio in angulo sic dispositum sub quo currit corpus solis ita quod centrum corporis solis semper est in circumferentia predicti circuli et movetur in hoc circulo motu proprio contra firmamentum ita quod in 364 diebus et quarta diei fere perficit circulum illum. Motu enim firmamenti circumfertur ab oriente in occidentem. Item in oriente per diem et noctem semel. 3 a

Si itaque sol esset immobilis quo ad motum proprium circumvolutione sua ab oriente in occidentem describeret parallelum equidistantem equinoctiali aut ipsum equinoctialem si esset in principio arietis vel libre. Sed quia mobilis est dum circumfertur motu celi tamen recessit a puncto in quo fuit in principio illius revolutionis. Unde circumvolutione firmamenti spiram unam cotidie describit que spira quasi parallelus et est insensibiliter distans a parallelo qui nominatur. Manifestum est igitur quod quo tempore revolvitur firmamentum sol transit a principio cancri usque ad principium capricorni 182 spiras vel 182 parallelos describit motu firmamenti. Dum vero redit a capricorno usque ad cancrum per eosdem parallelos iterum circumfertur.

Orizon vero est circulus qui dividit medietatem celi visam a medietate non visa. Unde dicitur orizon finitor visus. Radius enim visualis

est sicut linea contingens terram. ¶ Et supponatur linea terram contingens super aliquod punctorum terre protensa usque ad firmamentum, et circumvertatur linea illa in eodem puncto contingens terram in ipsa circumferentia fiet circulum dividentem celum in duo equalia. Cum magnitudo terre sit insensibilis respectu celi talis circulus est orizon circulus visualis describitur. Unde quot sunt loca super terram et circumferentiam tot possibile est esse orizontes.

¶ Ex situ autem orizontum eorum et parallelorum predictorum sectione spherale est videre quod accidit in omni situ terre de equalitate et inequalitate dierum ac noctium.

De diversitate habitantium

Videndum est igitur primo quod accidit hiis quorum cenith capitis est in equinoctiali circulo. Vocatur autem cenith capitis extremitas linee recte directe a centro terre per caput hominis usque ad firmamentum. ¶ Eorum igitur orizon quorum cenith est in equinoctiali circulo punctus aliquis de necessitate transit per utrumque polum mundi cum semper a cenith capitis sit quarta circuli usque ad orizontem. ¶ Cum igitur duo poli sint immobiles, poli sunt semper erunt in situ uniuscuiusque eorum. Et cum omnis circulus descriptus super polos mundi secetur a predicto orizonte orthogonaliter et per equalia. Et omnis punctus in celo alius a polis mundi describit motu celi describat circulum super polos mundi, manifestum est quod omnis punctus in celo alius a polis illis habet circulum et orizonta et per medietatem unius revolutionis supra orizonta eorum et per medietatem reliquam sub orizonte. Oriuntur ergo eis omnis punctus celi et omnis stella per angulos rectos. ¶ Et per hoc patet quod quilibet dies eorum equalis est sue nocti et quilibet dies cuilibet diei et cuilibet nocti. Unde circulum quilibet parallelus descriptus a sole per unam celi revolutionem secetur a predicto orizonte orthogonaliter et per equalia. Et motus celi semper sit uniformis et qualibet revolutio equalis alii. Dum igitur sol describit medietatem paralelli scilicet super orizontem est dies et dum describit medietatem sub orizonte est nox. Manifestum est quod omnis dies equalis est sue nocti et quilibet dies cuilibet nocti. ¶ Preterea cenith capitis eorum sub equinoctiali circulo contingit quibus in anno pertransit sol per cenith capitis eorum scilicet quando sol est in principio arietis et iterum quando est in principio libre. Tunc cum motu celi describit equinoctialem circulum et umbra eorum ante meridiem directe tendit versus occidentem, et umbra post meridiem directe versus orientem. Et umbra meridiana erit erecte nulla est. Illud patet per hoc quod umbra semper fertur in oppositum luminis. ¶ Dum vero sol describit signa septentrionalia, oritur eis sol inter orientem et septentrionem, et ascendit cottidie inter ipsos et septentrionem. Estque in meridie recte inter cenith capitis eorum et polum septentrionalem. Unde umbre meridiane directe flectuntur ad austrum. ¶ Dum vero sol describit signa australia oritur eis sol cottidie inter orientem et austrum et ascendit et descendit inter oriens et austrum, et umbre meridiane flectuntur directe versus septemtrionem. ¶ Omnibus vero hiis quorum cenith est inter circulum equinoctialem et tropicum estivum accidit illud quod sol bis transit in anno super cenith capitis eorum et umbra meridiana nulla est. Et dum sol ascendit per zodiacum inter tropicum estivalem et parallelum transeuntem super cenith capitis eorum, transit sol in meridie inter cenith capitis eorum et septentrionem, et flectuntur

umbre meridiane ad austrū. ¶ His v°
quorū cenith ē sub capite cancri accidit
q̄ sol semel ī anno scilz quū sol ē ī capi
te cancri transit sup̄ cenith capitis eo
rum ī meridie. ¶ In omni uero loco ī
ter septentrionalē circulū ⁊ equinocta
lem ē dies maior nocte dū sol ē ī sig
nis septentrionalibz. ⁊ eq° dū sol ē ī signis
australibz. Ex hoc p3 q̄ ī omni tali loco
eleuat° polus septentrional' sup̄ orizō
ta. qm̄ cenith capitis eorū distat ab eq
nocciali. Orizō q̄ q̄ ē circulꝰ magnꝰ se
cat equinoctialē p equalia. ⁊ omnē paral
lelū quē secat int̄ equinoctialē ⁊ sep
tentrionalē secat sic q̄ maiꝰ de me
dietate relinquit sup orizōta. ⁊ minꝰ
de medietate sub orizonte. ⁊ cuiꝰlibet
paralelli sic diuisi p orizōta remociōis
ab equinoctiali circulo pars relicta sup̄ ori
zonta maior ē respectu sui circuli quā
sit pars paralelli ꝓpinquioris equinoctiali re
licta sup̄ orizōta respectu sui circuli.
¶ Cum g° quelibz reuolucō firmamenti
sit equal' alij. ⁊ ī qualibz reuolucōne
firmamenti describat sol paralellū p
unū motū ꝓpriū firmamenti semp ymitā
tē. manifestū ē q̄ oīs dies dū sol ē ī sig
nis septentrionalibz ī omni loco ūsus sep
tentrionē ab equinoctiali linea ē maior
nocte sua. q̄ paralelli pars relicta sup̄ ori
zonta descripta a sole reuolucōne fir
mamenti ē maior parte eiusdem paralelli sb
orizōte relicta. ⁊ quāto sol magis accedit
ad caput cancri. tanto fiūt dies esti
uos maiores. ⁊ ps paralelli descripta a so
le ꝓpinquioris capiti cancri relicta sup̄
orizōta ē maior respectu sui circuli quā
sit ps remocōris paralelli capiti cancri sub
orizōta relicta respectu sui circuli. ¶ Co
ūso se h̄t de diebz ⁊ noctibz dū sol

est ī signis australibz. ¶ Quorū ē ce
nith capitis magis distat ab equinocti
ali h̄nt dies estiuos longiores hys q̄
minꝰ accedunt equinoctiali. Declinatio
nēz orizontis eorū maior ē. ⁊ ab orizōte ma
gis declinat magis relinquit de quolibz
paralello int̄ equinoctialē ⁊ polū eleuatū.
quā ab orizōte minꝰ declinat. ¶ Contra
accidit de diuersitate dierū ⁊ noctiū dū
sol ē ī signis septentrionalibz. sic accidit
in loco tam remoto ūsus austrū dū sol
ē ī signis australibz. ¶ Et q̄ accidit
dū sol ē ī signis australibz. accidit illo
cis ūsus septentrionē dū sol ē ī signis
septentrionalibz. ¶ Hoc p3 totū exp̄
imētis. si ymaginet° polꝰ australis e
leuatꝰ. ⁊ septentrional' depssꝰ. ¶ In illo
aūt loco int̄ circulū equinoctialē ⁊ polū
septentrionalē dicit una reuolucō in
diē ⁊ noctē. q̄ orizō cuiuslibz tal' loci sp̄
secat zodiacū ⁊ duos tropicos paralellos
⁊ oēs eis interpositos. ¶ In quodā ū loco
sub circulo septentrionali accidit totā unā
reuolucōnem diē esse. scilz cū sol ē ī
capite cancri. ⁊ totā aliā reuolucōnē
esse noctē. cū sol ē ī capite capricorni.
¶ Quia aūt circulꝰ septentrional' a po
lo zodiaci descriptus ē tangit semel ī
qualibz reuolucōne poli zodiaci ce
nith capitis hys q̄ sunt sb ~~cenith ca~~
~~pitis~~ circulo illo. ⁊ tunc zodiacus ⁊ orizō
sunt simul' loco. ⁊ ē tunc tropicꝰ estiual'
sup̄ orizōta. ⁊ tropicꝰ hiemal' sub
orizōte. ⁊ quilibz paralellus int̄ hos
secatur ab orizōte. Sole ū exīte in
capite cancri ⁊ describēte tropicū erit
illa reuolucō tota dies. Sic aūt sol ē ī
ꝯtrario uel aut sup̄ orizōta. Sole uō
exīte in capite capricorni dū reuolu
cōe firmamenti describit tropicū hiemale

leon erit sol sub orizonte, et ita erit una
revolutio nox. Sole vero existente in signis in-
termediis erit qualibet revolutio diversa
in die et nocte, quia quilibet parallelus tunc
divisus ab orizonte intersecatur. ¶ In omni (zodiaci)
vero alio loco ubi declinatio orizontis ab equi-
noctiali minor declinatione zodiaci, unde
paralleli plures de hiis qui sunt descripti versus
equinoctialem ex parte poli elevati semper
sunt supra orizontem, et ex opposito sub orizonte.
Unde dum revolutione firmamenti describit
sibi sol parallelos apparentes, semper est dies, et
dum describit ex opposito totidem dies
parallelos occultos, semper est nox. Et quanto
maior est accessus ad polum articum, tanto
minor fit declinatio orizontis ab equinoc-
tiali, tanto plures de parallelis quos describit
sol sunt tota apparentes, et totidem tota oc-
culti; unde plures revolutiones sunt dies
unus, et totidem nox una. ¶ Sub polo vero
orizon cum equinoctiali semper sunt similiter lo-
co, et propter hoc semper una medietas celi est
apparens et alia medietas semper occulta,
et una medietas anni, scilicet dum sol est in sig-
nis septentrionalibus, est dies, et alia me-
dietas anni est nox. Unde totus annus est dies
unus cum sua nocte. **De ortu et occasu**

His perlibatis considerandum est **signorum**
quod accidit de ortu et occasu sig-
norum tam in spera recta quam in spera obliqua.
¶ Sciendum ergo quod tam in spera recta quam obli-
qua equinoctialis circulus semper
uniformiter, scilicet in quibus temporibus equales
partes ascendunt. Motus enim celi uniformis
est, et angulus quem facit equinoctialis cum ori-
zonte aliquo non diversificatur in aliquibus
horis. ¶ Arcus itaque de equinoctiali circulo
qui ascendit cum aliqua parte zodiaci dicitur
ascensio eiusdem partis. ¶ Partes ergo zodi-
aci equales habentes ascensiones in temporibus

equalibus oriuntur, et que in temporibus equalibus o-
riuntur habent ascensiones equales. Partes
vero zodiaci equales non de necessitate habent
ascensiones equales, quia quanto aliqua pars
zodiaci rectius oritur, tanto maius temporis
ponit in ortu suo. ¶ Hoc patet sensui et
imaginationi, si per imaginationem lineas
circuli magni descripta super utrosque polos mundi
transeuntes in zodiaco per sectiones sig-
norum. Resecabunt enim zodiacum in 12 par-
tes equales, et equinoctialem in totidem inequa-
les. Et partes equinoctialis que respondent parti
zodiaci recte ad angulos magis acu-
tos minores; partes equinoctialis respondentes
parti zodiaci ad angulos minus acutos.
¶ In spera ergo utraque recta quelibet pars zodiaci
cuiuslibet medietate equinoctialis equales
habet ascensiones. Quelibet enim medietas
cum medietate equinoctialis ascendit. ¶ Simi-
liter est de quartis que sunt inter puncta tro-
pica et equinoctialia, oriuntur cum quartis equi-
noctialis circuli. ¶ Quodlibet est signum signo
sibi opposito equalem habet ascensionem. As-
censio namque cuiuslibet signi equalis est occa-
sui sibi opposito, et equalis est occasus cuius-
libet eiusdem signi in spera recta. ¶ Puncta
autem tropica in spera recta recte oriuntur,
quia tunc transit zodiacus per polos orizontis.
¶ Puncta autem equinoctialia tendentia spera
utraque oriuntur obliquius. ¶ Quanto ergo a-
liquod signum propinquius est puncto tropico in (recta)
spera tanto tardius oritur et maio-
rem habet ascensionem. Et quelibet duo sig-
na eque propinqua puncto tropico equales
habent ascensiones. Similiter quelibet duo eque
propinqua alterutri puncto equinoctiali. ¶ In
spera vero obliqua omnis medietas zodi-
aci a qualibet puncto signorum septentriona-
lium maiorem habet ascensionem quam me-
dietas sibi opposita. Oritur namque quelibet

medietas ipsius circulum de equinoctiali
simul cum duo puncta sunt super orizonta. Illius autem super orizonta obliquum existens ex
parte septentrionali maior est sua medie-
tate. Et tamen circulis paralelli ex parte australi
ab equinoctiali existens super orizonta est
minor sua medietate. sicut dictum est supra.
Qualibet ergo medietas zodiaci oriente
cum arcu de equinoctiali simul oriente et
existente super orizonta de paralello descripto
a principio eiusdem medietatis. Et medie-
tas que utrumque inchoata eque distant
ab utroque tropico pro dicto equales habent
ascensiones. Et quanto propinquius in-
choatur tropico estivo tanto ma-
iorem habet ascensionem signo sibi oppo-
sito. Ascensiones autem quorumlibet duo-
rum signorum sibi oppositorum in qualibet spera
obliqua equantur ascensionibus eorundem
in spera recta coniunctis. Semper quodli-
bet signorum .30. graduum sunt due hore
equinoctiales. hora autem equinoctialis est ascen-
sio .15. graduum de circulo equinoctiali.
Huius vero quorum cenith est in circulo
descripto a polo zodiaci oriuntur sex sig-
na que sunt a capite cancri usque ad ca-
put capricorni subito. cum polus zodiaci
et cenith capitis eorum orizonti et zo-
diacus simul sunt tunc et statim incidunt se
perequaliter.

Postquam de ortu et
occasu signorum dictum est quorum di-
recto vel obliquitas est una causa inequa-
litatis dierum ad invicem. Restat sub-
iungere de alia causa inequalitatis que pro-
venit ex eo quod sol est excentricus. Ut duabus
causis inequalitatis coniunctis totius patet
ac inequalitas id dierum naturalium ad invi-
cem. Ymaginemur itaque lineam
ductam ab octavo gradu geminorum per cen-
trum terre usque in gradum sagittarii sibi
oppositum et a centro terre computetur in eadem
linea duo gradus et duo minuta de diame-
tro circuli solis illius geminos. et ubi fini-
tur illa computatio ponatur centrum et describa-
tur circulus super centrum illud secundum eandem
quantitatem que est semidiametri circuli
solis in superficie circuli signorum erit ergo
ille circulus recte dispositus sub ecliptica
nusquam ab ea declinans. et hic est circulus
solis cuius circumferentia fertur corpus
solare. et movetur corpus solis in hoc mo-
tu circulo motu proprio ab occidente in orientem
motu uniformi. Ita quod centrum eius
prius est semper et in circumferentia huius
circuli. per quam predicta linea directa
a geminis in sagittarium ex parte geminorum
cum nusquam accedens ad firmamentum et
numquam removetur a terra in omnibus punc-
tis eiusdem circumferentie. Punctus vero
oppositus ex parte sagittarii maxime re-
cedens a firmamento et magis accedens
ad terram. Et vocatur punctus maxime
elevatus aux vel augis vel longitudo lon-
gior. et punctus oppositus vocatur oppo-
situm augis vel longitudo propior. et circulus solis
vocatur excentricus solis. eo quod centrum eius e-
gressum est a centro terre. et eadem ratione vo-
catur circulus cuspidis. eo quod cuspis id est
centrum eius egressum est a centro terre.
Sol ergo cum uniformiter moveatur sub
hoc circulo uniformiter movetur in ce-
lo. Motus ergo solis uniformis in celo est una
causa inequalitatis dierum naturalium.
Cum enim dies naturalis sit una revo-
lucio firmamenti et illius ascensio cum
quo describit sol in celo interim motu pro-
prio. et dum fit una revolucio plus
aut minus describit quam in equali re-
volucione. manifestum est quod quantum et de

[Margin note:] paralelli descripti a principio eiusdem medietatis circuli

ista causa erunt dies naturales inequales.
Preterea cum partes zodiaci oblique
orientes minores habeant ascensiones
quam equales partes recte orientes, et si
sol uniformiter movetur in celo,
ergo inequalitas dierum ex hac parte quod
illud quod describit in una revolutione
maiorem vel minorem habet ascensionem,
quam quod describitur in sequenti revolutione.
Sed quia motus solis precedit augmentum
in firmamento, et partes sequentes recte
oriuntur in zodiaco, erit causa tunc
etiam maioritatis dierum naturalium et dicuntur
huiusmodi dies maiores. Cum vero pre-
cedit motus solis diminutionem in
firmamento [illegible] partes sequentes oblique o-
riuntur, quamvis duplex est minorita-
tis dierum naturalium et dicuntur huiusmodi dies mino-
res. Cum vero tantum addit una causa
quantum alia diminuit, dicuntur dies
mediocres. Ex eo autem quod sol per eccentri-
cum movetur circulum [illegible] ultra equi-
noctialem circulum non potest inhabitari. So-
le enim existente in opposito augis per 4 gra-
dus est terre propinquior quam quando est in auge.
Cum enim sole existente in signis australibus
multum appropinquat sol terre et sit recte
super loca australia duplicatur causa
caliditatis in eorum estate. Cum vero sol est
in signis septentrionalibus recedit sol
a cenith locorum australium et elongatur
a terra, unde duplex est intemperantie in
eorum hiemis. Cum vero accedit sol
ad cenith capitum nostrorum elongatur a terra,
et cum recedit a nostro cenith appropinquat
terre, unde est regio septentrionalis tem-
perata.

Regio autem septentrionalis dividitur in
septem climata. Est autem clima tantum
spatium terre per quantum variatur horo-

logium sensibiliter. Sed nam quia dies estivus
unus aliquantulum est in una regione sen-
sibiliter minor et in regione propinquiore au-
stro. Spatium autem tantum per quantum ita
per sic idem dies [illegible] variatur dicitur clima, et   †sensibiliter
et id horologium in principio et in fine huius
spatii observatum hore enim eiusdem di-
ei sensibiliter variantur, quare et horo-
logium. Distinctiones autem horum clima-
tum sic possunt ymaginari. Intelli-
gatur circulus magnus ambiens corpus
terre sub utroque polo et alius circulus
magnus ambiens corpus terre sub equinocti-
ali circulo. Secundum situm horum duorum circulorum
ambiunt duo maria totam terram di-
videntia. Et illud quod ambit terram sub polis
amphitrites. Reliquum vero vocatur oc-
ceanus. Hec duo maria dividunt ter-
ram in quatuor partes. Quarum una so-
la inhabitatur. Angulus vero sectionis
duorum marium ex parte orientis quarte
inhabitate dicitur simpliciter oriens, et angulus
oppositus dicitur occidens. Si igitur stat divi-
sio ab occasu usque septentrionem secundum
spatium prescriptum et per hunc illius divi-
sionis ducatur linea equipollens
vel equidistans occeano utrique, continet
in amphitrite spatium terre contentum inter
lineam sic descriptam et occeanum est v-
num clima. Hoc est modo supra di-
visione a fine primi climatis versus
septentrionem secundum prescriptum spatium
a fine illius divisionis ducatur li-
nea utrique in amphitrite continuata equi-
distanter. Linee continuant primum cli-
ma. Spatium contentum inter has duas li-
neas est secundum clima. Et ad huius similitu-
dinem signentur sequentia climata.

Post hoc in-
cendi et de motu stellarum fixarum.

quem habent preter motum ab oriente in
occidens qui est contrarius omnibus corporibus ce
lestibus. ¶ Verum tamen ex eo quod dicuntur
fixe videtur quod non habent motum aliquem
preter predictum. ¶ Sed sciendum quod non
dicuntur stelle fixe quia non habent motum
proprium sed quia signum et ymago quam con
stituunt aliquot ex eis que dicuntur
stelle fixe semper retinetur ab eis.
Ubi gratia si tres stelle triangulum fa
ciunt semper retinent eandem figuram. A
fixione igitur stellarum figurarum quas faciunt
semper dicuntur fixe. ¶ Ptholomeus
igitur in libro almagesti posuit quod omnes
stelle fixe et omnes auges planetarum
moventur super polos zodiaci et quod una
queque in 100 annis describit unum gra
dum de circulo in quo sunt et corpus stelle
descripte super polos zodiaci contra mo
tum firmamenti et accidit per hanc viam ptho
lomei quod augis solis et stelle que sunt in
signis septentrionalibus pervenerint in
signa australia fieretque regio habitata in
habitabilis et per contrarium supradicta
quia ostenditur per eccentricitatem solis quod
regio que est sub ecliptica et parallelum australem
est inhabitabilis. ¶ Thebit vero contra opinionem
et super opiniones ptholomei invenit per
certa experimenta motum stellarum esse ali
um. ¶ Ad ymaginandum igitur motum stel
larum fixarum quem invenit thebit ymagi
nemur in celo zodiacum ex duodecim sig
nis constantem sicut predictum est dividi
in quatuor partes per duo puncta equinoctia
lia et solsticialia incipiendo ab ariete et
libra a punctis equinoctialibus et cancro et
capricorno a tropicis. Dicatque zodiacus iste
zodiacus fixus eritque duodecim signa
et in sphera solum firmamenti. Sub firma
mento autem et sphera stellarum fixarum ¶ ym
aginemur [illegible] stellarum fix
arum zodiacum alium in quo capita constel
lationum ex 12 ymaginibus ex stellis fixis compo
sitis et hic circulus imaginum dicitur zodiacus
azoal quod est circulus per ymagines aliarum
ex quibus constat. ¶ Ponit ergo capita arie
tis zodiaci fixi in centro posito et super ip
sum circulo descripto occupantes 8 gradi
bus et 24 minutis et super caput libre
fixe hunc circulo equali circulo descripto ym
aginem caput arietis et libre yma
ginum in duabus predictis circumferentiis
duorum predictorum circulorum. ¶ Moveatur igitur ca
put arietis et libre zodiaci ymaginum
in duabus predictis circumferentiis quarum sunt
in parte septentrionali caput arietis
motu firmamenti caput vero libre contra
motum firmamenti in 17 annis unum gra
dum et duo minuta fere describendo.
¶ Dum igitur hi duo zodiaci sunt ita sita
ita quod unus sub alio est caput arietis mo
bilis erit in 78 minuto 14 gradus
piscium fixorum et caput libre mobilis in consi
mili loco virginis fixe. Caput vero can
cri et capricorni ymaginum adherent in
ecliptica progrediendo et regrediendo in ea.
Cum vero caput arietis mobilis a predicto
minuto piscium recedit [illegible]
illi caput libre mobilis in partem opposi
tam sic veniet caput arietis ad eclip
ticam donec veniat ad predictum minu
tum arietis fixi, unde cum caput cancri
mobilis in consimili loco in ecliptica in gemi
nis fuit cum caput arietis mobilis fuit
in predicto minuto in piscibus. ¶ Et cum ca
put arietis ascendit versus predictum
minutum nonum gradus arietis fixi in
circumferentia circuli predicti caput cancri
semper progreditur in ecliptica donec veni
at in 24 minutum nonum gradus cancri

capite arietis puenietur in 9stelle mi
nori arietis fixi. ¶ Deci(mum) decim(um) detecte
q(uod) caput arietis inter vers(us) pisces
matutinu(m) p(re)dicta retrocedit caput
cancri in ecliptica eod(em) tempore quo p(ro)g(re)s
sum 3. ¶ Iste mot(us) qui e(st) p(ro) magnu
tu(m) sim(us) in predict(is) circulis 3 tot(us) mo
tus spere stellar(um) fixar(um) et augium omni
um planetar(um). ¶ Explicit Spera.

tduol9

C

apitulu(m)
primu(m) de causa
bissexti (et) de modis mag
nificandi kl(end)arium mu(n)u
& de ratione inueniendi annu(m) bissex
ale(m). ¶ Sc(d)m de diuisione an(n)i in
4 q(ua)r(tas) (et) in 12 menses (et) de diuisione
mensiu(m) p(er) kl(endas) nonas (et) id(us). ¶ Ter
ciu(m) de 9currentib(us) (et) de ciclo conc(ur)r(entium) (et) de cir
c(u)larib(us) solarib(us) (et) hor(um) 9uidor(um) utili
tate. ¶ Quartu(m) de ostensione erroris
n(ost)ri in assumptione p(ri)ma ciclorum (et) (com)putac(ione)
cicli 19(nal)e (et) ciclir epactar(um) (et) de modo su
mendi p(ri)mac(i)o(n)es s(ecundu)m ueritate. ¶ Quin
tu(m) de m(odo) extrahendi annos d(omi)nicos a
tabu(la) ex annis (Christ)i. tam p(er) multiplica
c(i)onem (et) diuisione(m). q(ua)m p(er) tabulis. ¶ Sex
tu(m) de eo q(uod) n(ost)ra e(st) 3 in 9puto n(ost)ro diuisi
bilis e(st) q(ua)ntitate(m) t(em)p(or)is lunac(i)o(n)is (et) de
adequatione lunac(i)o(n)is equal(is). ¶ Sep
timu(m) de q(ua)ntitate lunac(i)o(n)is q(ua)m o
portet pone(re) s(ecundu)m doctrinam kl(endar)ij
n(ost)ri. (et) de generac(i)o(n)e epactar(um) (et) regula
ri(um) lunariu(m). (et) hor(um) utilitate. ¶ Octa
uu(m) qualiter. 76. anni equantur penit
tus. 940. lunacionib(us) quas 9putam(us)
in illis annis p(re)stitui(n)c(i)o(n)em (et)
statuit dies bissextiles (et) lunac(i)o(n)es
emb(o)lis(m)as. (et) quib(us) locis lunac(i)o(n)es
emb(o)l(ism)es interponu(n)tur i(n) kl(endar)io. (et) de
inueniendi etate lune t(em)porib(us) m(od)i

sum p(er) tabula(m). ¶ Nonu(m) de ratione
collocandi aureu(m) n(umeru)m i(n) kl(endar)io.
¶ Decimu(m) de ostensione erroris n(ost)ri i(n)
sumpc(i)o(n)e t(er)minor(um) (et) locor(um) festor(um) mo
biliu(m) (et) de modo sumendi t(er)minos (et) lo
ca festor(um) mobiliu(m) s(ecundu)m doctrina(m) kl(endar)i
ri n(ost)ri. ¶ Undecimu(m) de ratione 9po
nis tabular(um) ad inueniendu(m) festa mo
bilia. ¶ Duodecimu(m) de t(em)p(or)ib(us) ieiuniorum.

C

ompot(us) 3 s(cienti)a Capitulum primu(m)
numerac(i)o(n)is (et) diuisio(n)is
t(em)p(or)um. ¶ Numerantur aut(em) t(em)p(or)a (et) signant(ur)
(et) diuiduntur p(er) signac(i)o(n)es (et) distinc(ti)o(n)es
quas dat eis mot(us) celestiu(m) corpor(um) (et)
ite(m) p(er) signac(i)o(n)es (et) di(stinctio)nes quas dat
eis aile(?) ret(ro)riu(m). (et) i(n) hijs duob(us) mo
dis numerac(i)o(n)is (et) diuisionis t(em)p(or)u(m) 9ple
tur s(cienti)a que 9pot(us) no(m)i(n)at(ur). Vn(de) q(uod) h(ec)
s(cienti)a in numerac(i)o(n)e 9sistit c(om)putatio
no(m)i(n)e accepit. ¶ Signac(i)o(n)es aut(em)
(et) di(stincti)o(n)es quas accipiunt t(em)p(or)a a motib(us) ce
lestib(us) ip(s)is t(em)p(or)ib(us) naturalit(er) a(ffi)xe su(n)t.
Alie assignac(i)o(n)es (et) di(stincti)o(n)es a uolu(n)tate
hom(in)u(m) (et) 9suetudine ortu(m) hu(er)u(n)t.
Naturalia aut(em) volu(n)tarijs s(un)t priora. Id(e)o
q(uod) de illis p(ri)mo tractandu(m). Q(uonia)m sol s(i)c(ut)
mu(n)danor(um) corpor(um) magnitudine quantitate
(et) puritate sic s(e)c(un)d(u)m lu(m)i(n)e nobilissimu(m). (et) forma
dine lu(m)i(n)is sui ad animaliu(m) t(ra)nsmutac(i)o
ne efficacissimu(m). de t(em)p(or)u(m) differentijs
ex motu sol(is) accidentib(us) p(ri)mo dicendu(m).
¶ Dico ig(itur) q(uod) sol duos habet mot(us) u
nu(m) sibi p(ro)priu(m) quo describit zodiacu(m)
(et) aliu(m) a uirtute spere p(ri)me quo q(ui)de(m)
naturali rotat(ur) ab ortu p(er) meridie(m) (et)
occasu(m) (et) mediu(m) celi sub terra iterum ad
ortu(m). T(em)p(us) ig(itur) quo sol motu p(ro)p(ri)o de
scribit zodiacu(m) ann(us) uocat(ur). ¶ Sin
tu(m) zodiac(us) duplex ponit(ur). Est (enim) zodi
acus fixus (et) zodiac(us) mobil(is) q(ui) (et) vo
catur zodiac(us) ymaginu(m). ¶ Zodiac(us)

Et itaque finitis 365 diebus et quarta adhuc deerit soli de perfectione circuli f e d. Sed

fimus zarcus magnus ymaginatus in spera prima · que circulum signat sol motu suo supra suos polos volutus et spera stellarum fixarum contra motum primum sicut putavit albuchis et tholomeus et albategni. Et huic modo positionis zodiaci et motus sol et stellarum anni et reditio sol ab aliquo puncto in zodiaco suo ad idem punctum ut ab eodem solsticio ad idem solsticium vel ab eodem equinoctio ad idem equinoctium. Et super modum istum motuum sol et stellarum fixarum sustentantur fundatores kalendarii nostri. Sumitur in quantitate anni secuti sunt doctrinam albuchis qui remocior est antiquitate quam doctrina ptholomei vel albategni. Propterea enim fundatores kalendarii secundum albuchis dicunt quantitatem anni esse 365 dies et quartam diei. Sed quia ipsi in computatione kalendarii respuunt minutias ponunt 3 annos continue unumquemque ex 365 diebus tantum et quartum annum ex 366 diebus et diem [illegible] intercidunt in quarto anno vocant diem bissextilem. quam interserunt circa 6 kalendas marcii et super eandem [illegible] in kalendario bis dicunt 6 kalendas.

Et manifestum est quod si vera est compositio de quantitate anni in fine cuiuslibet quarti anni reditur sol ad idem punctum a quo incepit moveri in principio eorundem annorum et non est kalendarium egens alia verificatione quam interpositione diei bissextilis. Et ad huius rei manifestacionem pono figuram.

Sit circulus designans circulum signorum a b g et sit a punctus solsticii hiemalis. Incipiat sol moveri ab a per h b g et sit quantitas anni 365 dies et quarta diei. finitis 365 diebus nondum pervenit sol ad a sed deerit ei quantum vadit in una quarta diei sicut illud quod deest ei ad perfectionem circuli portio b a. Consimili modo cum motus eius incipiat a b in principio secundi anni finitis 365 diebus secundi anni deerit de perfectione circuli tantum quantum vadit in una quarta, sicut illud c b. Similiter vero in fine quarti anni deerit soli de perfectione circuli f d c 3 e d / d c / c b / b a / sunt spacia quibus pertransit sol in quantitate quarta unius diei et ita in uno die integro ergo addito uno die integro 365 diebus quarti anni perficiet sol in fine 366 dierum quarti anni ad a punctum. Et secundum ptholomeum quantitas anni minor est quantitate predicta quam posuit albuchis et fundatores kalendarii nostri quantum est una trecentesima unius diei ergo [illegible] in 365 diebus et quarta diei vadit sol plus quam suum circulum quantum est trecentesima de eo quod pertransit in die uno et secundum positionem ptholomei sol redit ab a puncto ad a punctum in minori tempore quam sit 365 dies et quarta diei. Tempore unius minori tanto quantum est una trecentesima unius diei. Jn illa ergo 300 que restat usque ad finem 365 dierum et quarte diei movebitur sol ultra a punctum per 300 spacia quod describit in die uno ut potest usque ad f punctum. Jn fine ergo quarti anni bissextilis erit sol ultra a punctum per spacium a f. quare et in fine 300 dierum annorum kalendarii nostri erit sol ultra a punctum per spacium a f 300 et

hoc est spatium quod pertransit sol in die v-
no. et ita in 300 annis latinorum nostri e-
rit solstitium ante finem anni per diem
unum. ¶ Si igitur a 300 annis latinorum
nostri exceptus dies unus esset in fine
300 annorum nostrorum reuersio solis ad a
punctum et sic verificatum esset latinum
nostrum sicut esset quantitas anni quam
ponit ptholomeus. ¶ Secundum uero
albategni quantitas anni est minus quam
annus quam ponit abrachis et ptolomeus
quantum est una 100 unius diei. ¶ Et secundum
hoc secundum predictam rationem et huius-
modi albategni positionem si de quibus-
libet 100 annis latinorum nostri exciperetur
dies unus esset semper in fine 100 annorum
reuersio solis ab a puncto iterum ad a
punctum et esset uerificatum latinum
nostrum. ¶ Et si verum est quantitas anni
quam ponit albategni tamquam in singulis
100 annis latinorum nostri debet solstitium
precedere die uno propter defectum predicte
exceptionis. et hoc plus consonat ei quod
inuenimus per experimentum nostri temporis de
antecessione solstitii. Cum itaque scriptura
dicat nobis illum quod sunt natus in solstitio
hiemali. nunc autem precedit solstitium
diem natalis domini circiter tot dies quot
sunt 100 annorum ab eius natiuitate e-
lapsi. ¶ Zodiacus mobilis quem componunt ex
ymaginibus stellarum in 8 spera et secundum thebit
benennit 8 spera cum suis ymaginibus
mouetur super capita arietis et libre
zodiaci fixi. scilicet sub quod capita arietis
et libre zodiaci mobilis circumferuntur
in duobus circulis paruis descriptis super
capita arietis et libre zodiaci fixi.
¶ Quorum circulorum paruorum diameter quan-
titas est 8 graduum et 37 minuta et est
iste motus tardus valde 8 spere quod capi-
ta arietis et libre zodiaci mobilis non
describunt in predictis duobus circulis in
30 annis ambitum nisi 1 gradus et 32 mi- motu
nuta et 49 secunda et cum hoc 8 spera secundum thebit
mouetur omnes spere planetarum et au-
ges planetarum nec habent suum ipsum
motum [erased] aliud et hic motus vocatur
motus accessionis et recessionis et secundum
hunc modum motus solis et stellarum erit
quantitas anni naturalis non reditio so-
lis ab eodem solstitio uel equinoctio ad
idem solstitium uel equinoctium sed erit re-
ditio solis ab eadem stella fixa ad ean-
dem stellam fixam. Cuius hec quantitas
est semper una. Reditio uero a solstitio
ad solstitium secundum istum modum non est semper
quantitatis unius. ¶ Quantitas itaque
anni secundum thebit est 365 dies et
quarta diei et insuper 23 secunda unius diei
ergo si ponamus a stellam fixam et ponamus
principium motus solis ab a. manifes-
tum est quod in fine quarti anni latinorum nostri
qui est bissextilis nondum perueniet sol
ad a. sed erit retro a per tantum spatium quan-
tum vadit sol in 23 secundis unius diei et secundum
hanc computationem in 146 annis lati-
norum nostri remanebit sol retro a stel-
lam per tantum spatium quantum vadit sol
in vno die exceptis 17 secundis unius
diei. ¶ Igitur si in 146 anno addere-
tur diebus latinorum nostri dies unus perue-
niretur in fine illorum annorum propter vitare
deuiatur sol per additionem illius diei in
fine illorum annorum iterum pertransisset ultra
a stellam quantum vadit sol in 17 secundis
unius diei et quia 17 secunda per 300 multiplica-
ta faciunt unum integrum et 146 multi-
plicata per 300 faciunt 43800
oportet esse de diebus nostri latinorum cum
die addito quolibet 146 anno pre-

& quo movetur et deinde redibit initium anni ad solsticium cum perfecerit caput arietis secundam quartam circuli parvi. De

dicto modo substrahe diem unum in
anno & 6800 et hoc fit in fine 68
00 annorum rediit sol iterum ad a-
stellam et est verificatum kalendarium nostrum. Si
veniens est quantitas quam ponit thebit
¶ Sciendum autem quod per modum motus quem po
nit thebit accidit initium anni [thebit] pro
sticium in solsticio consequitur post mul
tos annos magis et magis subsequi
solsticium donec perficiat caput ari
etis mobilis quartam circuli parvi 3
inde precedet initium anni solsticium
magis ac magis donec caput arie
tis mobilis perficiat tertiam quartam ci
rculi parvi et iterum redibit initium anni
ad solsticium peragrata ultima quar
ta circuli parvi et incipiet de novo ci
rculus predictus initiatur successio
nis et subtractionibus initiorum anni et
solsticiorum et sic in infinitum. ¶ Hii autem
predicti modi motuum celestium secundum astrologos
possibiles sunt in ymaginatione sola
et impossibiles ut sint in actu quod per ipsum
omnes spere concentrice sunt et habet quae
libet spera motum sibi proprium ab orien
te in occidentem super axem et polos proprios.
et quelibet 8 sperarum inferiorum preter mo
tum sibi proprium movetur motu diur
no a motu diurno spere prime ~~qui addit~~
~~motus eorum proprius~~ ab oriente in occide
ntem. Sed motus diurni sperarum planeta
rum plus incurtatur a motu spere pri
me quam addit motus eorum proprius cum motu
spere prime. Et propter hoc videntur plane
te incedere contra motum spere prime. Et
ipsum planetam non habet motum alium preter
unicum motum spere sue. Et motus in eccentri
co et epiciclo nichil est secundum ipsum.
¶ Et alpetragius nititur advenire
modum et explanare quomodo possibile

est salvare processus [directiones] et stationes et re-
trogradationes planetarum et inflexio[motu]
nes et reflexiones [in latitudine meridiana] et omnia apparentia
per modum eorum et absque eccentrico et epiciclo.
¶ Et per modum astrologorum et alpetragii necesse
est quod annus sit reditio solis a solsticio
ad idem solsticium vel ab equinoctio ad
idem equinoctium. ¶ De quantitate autem
anni nichil dixit alpetragius nec alpetra
gius aliud ab eo quod advenit ptho
lomeus quia nondum fecit breviter considera
tiones instrumentis super modum motuum
celestium quem ponunt philosophi naturales.
¶ Modus igitur verificandi quantitatem
anni vel kalendarium secundum modum quem
ponunt astrologi et alpetragius de motibus ce
lestibus non est alius a modo verificationis
primo. ¶ Hii igitur sunt modi quibus
kalendarium nostrum posset magis verificari.
¶ Sed quia sancta ecclesia solum bissextilis
diei interpositione adhuc contenta est ex
positionem kalendarii secundum usum ecclesie Deo
adiuvante prosequemur dicentes secundum
usum ecclesie secundum anni quantitatem esse
365 diebus et quarta diei integra
que minuatur quia pervenit cum quarto
anno ad integrum in ecclesie quarto anno
ut supradictum est et intercalatur. ¶ Ars autem
cognoscendi annum bissextilem est hec. Su
mantur anni ab incarnatione domini et
numerus illorum annorum dividatur per 4 et si
nichil remanet post divisionem tunc ul
timus annus illorum est bissextilis. Si autem
remanet post divisionem 1 vel 2 vel 3 quo
cumque numerus residuus tot anni transie
runt post ultimum bissextum. Ratio
autem huius artis est quia est annus de annis
domini est bissextilis et sciendum quod secundum hanc
artem inveniendi bissextum incipien
di sunt anni domini a ianuario et non a

minuo primo sequente sicut fuerunt astronomi. quod secundum astronomos Christus annus domini fuit bissextalis februarii. n. qui secundum huiusmodi certus computationem incipiat in quarto anno domini secundum astronomos adhuc fuit in tertio anno. Unde si computetur annus domini secundum astronomos in annis annorum domini dividatur per 4. et si residuum fuerit post divisionem 3. tunc ultimus annus illius numeri est bissextalis. ¶ Potest etiam cognosci quis annus de annis domini incipiens a ianuario sit bissextalis per proprietatem numerorum ex multiplicatione 4 provenientium. et propter compendium et brevitatem sermonis per numerum nolo intelligere annum [illegible]. Dico ergo quod 100. et 1000. et omnes numeri aggregati ex istis ut 200. et 300. et 2000. et 3000. et consimiles sunt anni bissextales. et de numeris intermediis inter aggregatos ex 100. et 1000. dico quod de digitis sunt bissextales tantum 4 et 8. De articulis vero omnes articuli denominati a numero pari ut 20. 40. 60. 80. De numeris compositis omnes numeri compositi ex articulo numeri imparis et 2 vel 6 ut 32. 36. 52. 56. et omnes numeri compositi ex articulo numeri paris et 4 vel 8 ut 24. 28. Hii autem omnes numeri et soli sunt numeri bissextales quia omnes et soli proveniunt ex multiplicatione quaternarii. ¶ Ciclus autem sive periodus horum numerorum bissextalium comprehenditur in hiis 4 numeris et currit hoc ordine. Denario pari numero post 4. 8. duo scilicet vbi gena 20. vel 40. sunt dena pari numero multiplicata. post sequitur 4 ut 24. consequenter 8 ut 28. et post hec 2 ut 32. et tandem 6 ut 36. et deinde iste periodus a denario pari numero procedit ad 40. et sic procedit per 4. 8. 2. 6. usque ad denarium replicatum pari numero et sic in infinitum. Capitulum secundum

Annus dividitur in 4 tempora ver estatem autumpnum et hiemem. ver est calidum et humidum. estas calida et sicca. autumpnus frigidus et siccus. hiems frigida et humida. ¶ Hec autem quaternaria divisio accidit temporibus anni propter quod circulus zodiacus distinctus per duo puncta equinoctialia et duo puncta solsticialia. Dum enim sol transit has 4 quartas accessu et recessu suo efficit 4 diversas temporum et naturarum complexiones. ¶ Verumtamen de initiis et terminis 4 predictorum temporum dissimiliter dicunt astronomi et medici. Quia astronomi ponunt initia 4 temporum in horis introitus solis in 4 quartas zodiaci. Medici non dicunt initia horum 4 temporum in horis in quibus sol sensibiliter incipit movere et efficere 4 dictas complexiones in temporibus et annis. ¶ Et hec initia temporum in diversis regionibus sunt diversa. Prius enim incipit calor reperiri in regionibus australibus quam septentrionalibus et prius incipit frigiditas et humiditas in regionibus septentrionalibus quam in australibus. ¶ Generaliter est igitur quod hec initia 4 temporum que sic variantur secundum diversa climata simpliciter considerantur et mediatas secundum quod se habent frequentius in climate temperatissimo et hoc est in climate quarto. ¶ Dividitur etiam annus in partes 12 que nominantur menses et hec divisio duodenaria temporis est propter 12 signa que pertransit sol in anno. Dum enim sol transit 12 signa movet tempora et naturas [dispositiones] secundum ea 12. Cum enim

sunt quatuor qualitates prime scilicet caliditas frigiditas siccitas humiditas. sol movet quamlibet earum secundum esse triplex quia movet quandoque caliditatem generativam nutritivam et perfectivam. Quandoque movet caliditatem impeditivam generationis et nutrimenti et profectus. Quandoque movet caliditatem corrumpentem et destruentem et similiter quamlibet reliquarum qualitatum primarum movet sol secundum esse triplex. ¶ Igitur propter has 12 mutationes quas sol efficit in quibus et naturaliter dum pertransit 12 signa zodiaci cum effectu harum mutationum dividitur annus in 12 tempora que vocantur menses. ¶ Positores autem mensium et fundatores kalendarum non posuerunt initia mensium horas introitus solis in principia signorum. Sed credo quod ipsi secuti sunt non astronomorum sed medicorum considerationes ponentes principia mensium 12 horas in quibus ut frequentius in temperato climate sol incipit movere sensibiliter 12 esse predicta quatuor temporum et naturarum operari. ¶ Hic autem est ordo et hec sunt nomina 12 mensium secundum kalendarium nostrum. Januarius. februarius. martius. aprilis. maius. junius. julius. augustus. september. october. november. december. ¶ Numeros autem dierum horum mensium subscribo in tabula prima e directo nominum mensium ut facile possint occurrere aspectui querentis. ¶ Habent autem dies nonus et undecimus sextus quartusque 30. Hiis minor est februarius binis. reliqui monade plus. Additur bisexto februarius primus minor uno. ¶ Addidi etiam in tertia linea subscripte tabule e directo cuiuslibet mensis numerum dierum intitulatorum nomine kalendarum eiusdem mensis.

¶ Et in quarta linea posui numerum dierum intitulatorum nomine nonarum. ¶ Et in quinta linea numerum dierum intitulatorum nomine ydus licet ille numerus in omni mense sit 8. ¶ Januarius autem et februarius et september habent dies kalendarum 19. Maius julius october december 18. Aprilis augustus junius et november 17. Martius tantum 16. Martius autem et maius julius october habent dies nonarum 6. Reliqui vero menses habent dies nonarum 4. ¶ Numerus autem kalendarum cuiuslibet mensis per hos versus habetur. Janus september februarius hii sunt menses. Denas et nonas dant composita kalendis. April junius augustus atque november. Denas cum septem. Sed martius octo tenet bis. Et maius julius october atque december. Ter senas numerant proprias sic scribe kalendas. ¶ Numerus vero nonarum retinetur per hunc versum. Mar. ma. jul. oc. senas reliquis dato bis duo nonas. ¶ Quatuor autem ydus quilibet mensis habeat potest sciri per hunc versum. Octo tenent ydus menses generaliter omnes.

Signa	0	Menses	Dies	kl'e	No.	Yd.
Aquarius	1	Januarius	31	19	4	8
Pisces	2	Febuarius	28	19	4	8
Aries	3	Martius	31	16	6	8
Taurus	4	Aprilis	30	17	4	8
Gemini	5	Maius	31	18	6	8
Cancer	6	Junius	30	17	4	8
Leo	7	Julius	31	18	6	8
Virgo	8	Augustus	31	18	4	8
Libra	9	September	30	19	4	8
Scorpius	10	October	31	18	6	8
Sagittarius	11	November	30	17	4	8
Capricornus	12	December	31	18	4	8

¶ Has autem appellationes mensium et p

aium eorundem mensium ab ethnicis
accepimus figura vel tabula. Dicitur
enim Januarius a iano vel a ianua. Fe
bruarius a februo quod est purgo quia illo
mense lustrabatur ciuitas romana.
Marcius a marte vel a amaritudine. Aprilis
quasi aperilis quia aperit terram ut germi
net quibus amatoribus quia tunc fiebat
huic ceremonias. Junius a iunonibus
cum litatione. Julius a iulio cesare qui
mensis dicebatur prius quintilis quia
quintus a marcio quem romulus posu
erat mensem primum et a nomine patris
sui martis uocauit marcium. Augus
tus dicitur ab augusto cesare quod prius
uocabatur mensis sextilis qui sextus a
marcio. Sequentes quinque menses adhuc
retinent antiqua nomina que posuit ro
mulus dicta a numeris more computatione
marcij et hec nomine numeri. ¶ Kalende in
terpretantur vocationes. Illis enim die
bus solebant fieri vocationes ad nun
dinas et ad festa que celebranda erant in
integro mense suo. ¶ None dicuntur quia
similitudine quod in illis diebus fuerunt nun
dine. ¶ Ydus quasi diuisiones quia in il
lis diebus recedebant a nundinis. ¶ Pri
mus dies cuiuslibet mensis intitulatur
a nomine kalendarum cum nomine illius mensis
absque numero. Ultimus vero dies mensis an
tecedentis intitulatur nomine kalendarum cum nomi
ne mensis sequentis et cum binario et
dicitur in ultimo die decembris. Pridie
kalendas ianuarij et in ultimo die janu
arij pridie kalendas februarij et ita de a
lijs. Penultimus vero dies mensis cu
iuslibet intitulatur nomine kalendarum et nomine
mensis sequentis cum ternario et ita ascen
ditur gradatim ab ultimo die mensis
versus principium suum secundum ordinem nu

meri natalis donec perueniatur ad
maximum numerum perscriptum kalendis men
sis sequentis. ¶ Secundus autem dies cuius
libet mensis intitulatur nomine nona
rum eiusdem mensis et numero maximo pre
scripto eisdem nonis et procedit hec
intitulacio per naturalem diminucionem
unius donec post binarium perueniatur
ad diem intitulatum nomine nonarum
absque numero. ¶ Et cum consimili diminucione
unius naturalis ab octauo vel sexto die
mensis intitulantur. Et dies sequen
tes nomine ydus. ¶ Et hac progressio
ne complentur omnes intitulaciones o
mnium dierum totius anni. Capitulum
tercium

Motus solis qui habet
mannitur spere prime quo rotatur
ab ortu per meridiem et occasum et medi
um celi subterraneum iterum ad ortum dat di
as et signes et mutaciones dierum et
noctium. ¶ Dicitur autem dies quoque spa
cium unius reuolucionis solis. Pro
prie autem dicitur dies presencia lumi
nis solis cum ipse sol rotatur super
orizontem. ¶ Nox vero dicitur absen
tia luminis solis cum ipse sol rotatur
sub orizonte. ¶ Et quia sol in omni die
mouet quatuor complexiones et simili
ter in omni nocte. Quatuor vero comple
xiones multiplicate per 3 et supradicta
fiunt etc. 12. oportet ut ipse esse 12 tempo
ra naturarum que mouet sol in omni di
e et similiter in omni nocte dicitur
omnis dies totius noctis in 12 spacia
temporum que vocamus horas et ita dies
naturalis habebit 24 horas. ¶ Or
dinatum est autem per uirtutem creatoris a
prima conditione mundi ut planete
sunt qui per motus suos et sua lumina
mouent his naturas inferiores sim

ordinem stellis sui in horis sibi succedenti
bus exercent successiue de primatu et ex
ercent virtutes et fortitudines suas o
perandi. ¶ Ordinauit igitur natura
per iussionem creatoris planetas operantes
ad horas quasi in quibus horis ordinata
progressione manifestius operantur. ¶ Cum
igitur considerauerimus primam horam alicuius
diei intellectus ad planetam aliquem in illa
fortem in natura operationem accidit ut com
pletis .3. periodis .7. planetarum .i. horis
.21. reiteratur hora .22. ad eundem pla
netam et hora .23. ad sequentem et hora
.24. ad tercium ab illo. Et ita prima hora
sequentis diei erit planete quarti ab
illo. Et hoc modo euenit ut cum computauerimus
primam horam alicuius diei solis sequentis
diei hora prima erit lune et hora prima
tercij diei erit martis quia aliena per sa
turnum et iouem in martis quarta. Et quarti
diei hora prima erit mercurij. Et quinti di
ei hora prima erit iouis. Et sexti diei ho
ra prima erit veneris. Et septimi diei ho
ra prima saturni. Et iterum octaui diei ho
ra prima erit solis. De quo visibile est quod propter
nobilitatem stelle sue in prima hora cuiuslibet
diei creati fortitudinem sue operationis
plus ceteris exercuit. ¶ Sic patet itaque
.7. dierum est quod tempus minimum reducens simul
integras periodos horarum et planetarum
et causa huius est quia in .7. diebus perficiuntur
hore .168. et hic numerus est minimus quod
continet numerum .7. et .24. Huius acci
dit .7. diebus completio et causa quare di
citur quod in septimanas. Excellen
ter est huius causa et creatio mundi et eius
completio in septenario numero dierum. ¶ Cum
igitur omne quod currit per .7. dierum perio
dos quas ebdomadas vel septimanas
dicimus vocamus manifestum est quod cum annus non

bissextilis habet ebdomadas .52. et insu
per diem vnum. Si enim .364. diuida
tur per .7. exibunt in diuisione .52. et
remanebit vnitas post diuisionem. ¶ Et
cum omnes dies non sint nisi .7. in
nominatione significamus omnes dies anni
in kalendario per .7. primas litteras alphabeti
incipientes ab .a. littera donec veni
amus ad .g. litteram ~~et sic deinceps donec
compleuerimus~~. Et iterum reponimus .a. cum
sequentibus litteris usque ad .g. litteram et sic
deinceps donec compleuimus .52. ebdo
madas in .6. litteris. vnum dies ultimus anni
qui excrescit super integras ebdomadas
scribitur nouo per .a. litteram et sic similiter
kalendarium in littera dicta a qua incepit. ¶ Pre
ter itaque ista nobis vtia preambula suppo
sita et primum dicta qualiter sine excepti
one componamus kalendarium scribentes in linea de
scendente litteras significantes dies cuius
libet mensis et directo dierum in linea de
scendente tertiam numeros circulorum et
e directo dierum et minorum in linea quarta et
sub decima numeros ipsos kalendarum nonarum et
iduum. Et hoc scito sciemus que littera signifi
cat primum diem cuiuslibet mensis. ¶ Et
propter facilitatem memorie ponunt compositores
te versus illos ad retinendas primas litteras
mensium. Alta domans dominus diuina ge
rens bonus extat. Gratuito celi fert
aurea dona fideli. Prima enim littera
cuiuslibet dictionis est prima littera cuius
libet mensis et ordo mensium quo
ad .12. illa dictio illarum .12. dictionum.
¶ Quia autem annus non bissextilis super
septimanas integras addit vnum diem
manifestum est quod eadem feria qua incipit
annus non bissextilis et finis eiusdem an
ni. Et annus sequens inchoabitur a feria
sequente et cum eadem sit littera que terminat et

indicat l[itte]ram unam ... l[itte]ra que signat i[n]
anno precedente precedentem feria[m] sig-
nabit i[n] anno sequente sequente[m] eande[m]
feria[m] signabitur i[n] anno p[ro]ximo seque[n]-
te p[er] l[itte]ram p[ro]ximo antecedente[m]. ¶ Cum
aut[em] omnis annus no[n] bissextil[is] addit sup[er]
.lii. ebdomadas integras diem unu[m] et
annus bissextil[is] duos, p[r]imo anno no[n]
bissextili excrescit cu[m] dies .vii.[us] super
integras septimanas et i[n] s[e]c[un]do anno
excrescunt duo dies et in tertio tres et i[n]
quarto anno bissextili .v. et in quinto
.vi. et i[n] sexto .vii. Erunt itaq[ue] .vi. anni co[m]-
pleti ex septimanis integris et addunt
illi .vi. anni unam septimanam integram
sup[er] sexties .lii. septimanas. ¶ Item
septimus annus addit die[m] unu[m] sup[er] in-
tegras septimanas et octavus annus
dies .iii. q[uia] ip[s]e est bissextil[is] et ita pro-
cedit continue excrescentia ultra p[er] additi-
onem unius diei in anno no[n] bissextili [et p[er] additione[m] duoru[m] dier[um] i[n] anno bissextili]
usq[ue] ad .xxviii. annos. Ita ut in quo-
cumq[ue] anno collecti fuerint ex hac ex-
crescentia dies .vii. vel .xiiii. illi .vii. dies fa-
ciunt septimanam integram co[m]putandam
cum aliis septimanis integris.

¶ Et sciend[um] q[uod] .xii. anni addu[n]t du-
as septimanas integras et die[m] unu[m]
sup[er] duodecies .lii. septimanas et
.xvi. anni addu[n]t .iii. septimanas integras
sup[er] decies et sexties .lii. ebdomadas
et .xxiiii. anni addu[n]t .v. septima[n]as inte-
gras sup[er] vicesies et ter .lii. septima-
nas integras et .xxviii. an[n]i .iiii. ebdoma-
das integras sup[er] .xxviii. .lii. septima-
nas integras. ¶ Sunt ig[itur] in uno ci[r]cu-
lo in .xxviii. annis .i[m].cccc.lx. septimane in-
tegre et finito hoc annor[um] n[umer]o nec[ess]e
est ut ordo predicte excrescentie dier[um]
revertatur ad suu[m] principiu[m] q[uia] vicesi-
mus et octavus annus est bissextilis et
habet de diebus excrescentibus tantu[m] .vii.

¶ Quapropter tres anni sequentes no[n] bis-
sextiles et quartus bissextil[is] habent ean-
dem excrescentiam dier[um] sicut habue-
runt .iiii. anni p[r]imi. Et possibile esset
ut aliquis annus bissextil[is] an[te] vicesi-
mu[m] octavum habe[re]t de diebus excrescenti-
bus tantu[m] .vii. finit[ur] cu[m] ciclus istius
excrescentie i[n] anno illo. Sed q[uia] .xxviii. est
minim[us] n[umer]us que[m] co[n]ficiunt mutuo .iiii.
et .vii. n[ecess]e est in hoc n[umer]o annor[um] et no[n]
maiori neq[ue] minori finiri p[er]iodu[m]
dier[um] p[re]dicto modo excrescentium.

¶ Omnis aut[em] n[umer]us dier[um] excrescentium
usq[ue] ad septenarium vocatur n[umer]us co[n]cur-
rens et annus qui h[abe]t unu[m] diem excres-
centem dicitur habere unu[m] p[ro] concurrente. et q[ui] h[abe]t duos dies ex-
crescentes dicitur habere duos p[ro]
concurrente. et q[ui] .vii. habet excrescentias h[abe]t
.vii. p[ro] concurrente et sic intelligend[um] est de
numeris mediis. Annus vero qui
h[abe]t .xiiii. dies excrescentes q[uia] ex .vii. diebus
computatur septimana integra non
dicit[ur] habere n[isi] unu[m] die[m] excrescentem
et unu[m] p[ro] concurrente. ¶ Ciclus aut[em] concur-
rentiu[m] in .xxviii. annis completus est et redit
ad suu[m] principiu[m] et hec p[er]iodus concur-
rentiu[m] vocatur ciclus solaris q[uia] ex motu
solis annu[m] qualitate[m] efficiente et
significante p[ro]venit ista revolutio.

¶ Incipit aut[em] ciclus iste no[n] in ianua-
rio s[ed] a martio q[uia] oportet ut incipiat
in mense p[ro]ximo sequente bissextile[m]
mense[m] cui[us] ratio inferi[us] patebit. ¶ At-
tribuitur aut[em] unicuiq[ue] mensi n[umer]us
unus qui vocatur regularis illi[us] me[n]-
sis et est numerus ille nu[mer]us feriar[um]
in quibus inceperunt singuli menses
in p[r]imo anno fundamentalis ciclus. Cu[m]
erat enim in illo anno p[r]imus dies mar-

tij .iiii. feria. Propter hoc est .4. regularis martij. Et cum secundum annus aliqualiter incipiat quilibet mensis et quia d. littera in illo anno significauit feriam quintam, patebit nobis via adinueniendi numeros feriarum mensium eiusdem anni. Erit enim regularis aprilis .1. quia eius littera prima est g. et significat feriam primam quoniam d. littera significat quintam feriam. Et regularis maij est .3. quia eius littera prima est b. que significat feriam tertiam cum d. significat quintam. Et consimili ratione inuenitur quod regularis iunij est .6. et iulij .1. et augusti .4. et septembris .7. et octobris .2. et nouembris .5. et decembris .7. Et quia finito decembri fit littera dominicalis in ianuario f. a littera que ante ianuarium significabat feriam secundam, in nouo ianuarij consequentis significat feriam tertiam. Et sic ianuarius qui incipit ab a. littera habet pro regulari .3. et februarius qui incipit a littera d. habet .6. pro regulari. Et hos numeros regulares tenent compositi per hos versus. Quinque, monos, tres, sex, unum, ternis, epta, duoque. Quinque simul, septem, tres, quaterque duo. Et secundum hunc modum dicendi de generatione regularium necesse est primum annum circuli concurrentium esse secundum annum fundationis kalendarij. Et unitas que est numerus concurrentis in primo anno circuli est unitas diei excrescentis super integras septimanas in primo anno fundationis kalendarij. Et secundum hunc modum numerus concurrens cuiuslibet anni sumptus est a diebus superexcrescentibus in anno primo circuli et a diebus superexcrescentibus eodem anno. Et modus iste conueniens est nature et rationi nisi quod incipiat in principio circuli. Iste modus compositionis ... [interlinear gloss] ... necesse est per modum predictum precedere. Cum quartus annus circuli necessario fuit primus bissextilis et tamen in fine primi anni nulla fuit excrescentia diei super integras septimanas et unitas excrescens in primo anno fundationis kalendarij super integras septimanas fiat in principio secundi anni, unitatem necesse est esse maiorem quam fuit in primo anno.

[margin: vel sic. Quare unus dies excrescat in fine primi anni super integras septimanas.]

Et si ponatur aliud principium kalendarij quam primus annus circuli, quod ratio videtur esse suadendum quod kalendarium supposuit argumentis qui de principio circuli nichil nouerunt, magis consentaneum est nature et rationi ut ponatur computatio kalendarij secundum principium aliquod positum in tempore modo predicto quam aliter. Erit ergo secundum modum predictum in fine tertij anni circuli concurrentium bissextus, tamen concurrens tertij anni non erit nisi ternarius. Et concurrens quarti anni qui erit primo post bissextum erit .4. quia secundum hunc modum ut predictum est sumuntur anni numeros concurrentes a superexcrescentia in annis precedentibus. Nec enim vsualis compositio non inchoat annum vel kalendarium vel circulum concurrentium secundum hunc modum omnino licet iste modus magis esset consentaneus rationi et ordini naturali. Sed ordinat compositio circulum concurrentium quasi primus annus kalendarij inchoaret a ianuario in februario sequente haberet bissextum et concurrens illius primi anni esset .6. et a. littera dominicalis. Et incipit primum annum circuli concurrentium a secundo anno kalendarij et dant primo anno circuli unitatem pro concurrente et non .4. quod bissextus primi anni kalendarij fiat intra

septenarium, et provenit ad invicem.

Quare si secundum hunc modum incipiamus primum annum ciclum lunaris (qui tamen est in anno) erit ipse annus bisextilis, et annus primus cicli per modum istum, et duodecimus annus cicli per modum superiorem. Et credo quod modus iste fuit inventus gentilium quia non in modo isto designaverunt annum omnem quam aliud quam precessisse.

[margin: posuerunt alii quod ipsi principium ut]

Et pro dum isti regulares mensium nonerunt numerum primarum feriarum suorum mensium in anno primo kalendarii qui est annus primus ante ciclum cicli quia in illo anno sunt numeri primarum feriarum minores unitate suis regularibus, sicut erunt per modum istum regulares predicti numeri primarum feriarum suorum mensium in anno primo cicli quia in primo anno cicli numerus prime ferie cuiuslibet mensis maior unitate suo regulari. Sed erunt regulares isti numeri primarum feriarum suorum mensium in anno in quo numerus concurrens est .1. et hoc est in anno primo ante ciclum cicli secundum modum secundum superius dictum de ciclo incharacter.

Et manifestum est ex iam dictis quod si iungamus concurrentem anni cum regulari alicuius mensis eiusdem anni numerus aggregatus ex illis duobus numeris si fuerit .7. vel minor quam .7. significat numerum prime ferie illius mensis et si fuerit numerus maior septenario abiecto septenario residuum est numerus prime ferie illius mensis et hec est utilitas regularium et concurrentium cognoscendi numerum ferie in quo cuiuslibet mensis.

Et ut autem iam dicta et que dicenda sunt de regularibus et concurrentibus magis sint manifesta et querenti cicius occurrant, composui tabulam ex regularibus et concurrentibus ordinatis primo in linea una descendente numerum annorum cicli solaris vel concurrentium et in linea alia descendente dexteriori posui concurrentes singulos e directo suorum annorum et incepi ciclum non per modum quem prius narravi sed per modum quem secundo dixi. Et posui in linea transversali suprema nomina .xii. mensium incipiens a martio et in inferiori transversali linea posui singulos regulares singulorum mensium e directo sub illis mensibus et protraxi a singulis mensibus et regularibus lineas recte descendentes et a singulis annis et concurrentibus lineas rectas transversales secantes lineas mensium ad angulos rectos et in singulis angulis qui proveniunt ex concursu linearum alicuius anni cum lineis alicuius mensis scripsi numerum collectum ex concurrente illius anni et regulari mensis illius abiectis .7. si fuerit numerus collectus maior quam .7. ut in illo angulo propter posse inveniri numerus ferie prime mensis subscripti illi angulo in anno scripto a latere e directo eiusdem anguli, et sic in anno cicli dato et mense illius anni dato in angulo communi respiciente per oppositionem annum et mensem invenietur propter numerus ferie prime dicti mensis dati in anno dato.

Posui et in linea sinistriori descendente eiusdem tabule litteras dominicales cicli totius ita quod quelibet e directo anni sui. Sed ille littere in anno non bisextili sunt dominicales a principio ianuarii usque ad finem decembris. In anno vero bisextili sunt dominicales tamen a principio martii usque ad finem decembris. Quia in

ianuario et februario precedentibus
usque ad bissextum est littera dominicalis alia (ab illa)
subsequens scilicet in ordine alphabeti illa
littera que a principio martii primi
post bissextum usque ad finem decembris
erit dominicalis. ¶ Si autem volumus in
quoto anno cicli fuimus invenire in
tabulam cum numero illius anni et invenie-
mus e directo assimilibus litteram domini-
calem illius anni et adiacentis concurren-
tem eiusdem anni et consequenter invenie-
mus in eadem linea numeros primarum feri-
arum singulorum mensium eiusdem anni ¶ In
quoto autem anno cicli fuimus inveni-
emus hoc modo. Summatur annus ab in-
carnatione domini et addantur eis 9. quia
primus annus ab incarnatione domini fuit
decimus annus huius cicli et quod collectum fu-
erit dividatur per 28. et si nichil est
residuum annus in quo sumus est ultimus
huius cicli. Si autem aliquid fuerit residu-
um post divisionem quotus est numerus re-
siduus totus est annus cicli. ¶ Et ma-
nifestum est iam quod oportet ciclum istum
concurrentium incipere a mense primo
post bissextalem mensem et hoc est mar-
tio. Quia si inciperet ab aliquo alio
tempore scilicet ianuario oporteret muta-
re concurrentem in martio per additionem
unitatis propter extraordinationem diei bissex-
tilis. Adhuc ut ex regulari et concurren-
te possit inveniri numerus ferie prime
mensis. Tamen cum dicamus quod primus
annus huius cicli est bissextilis incipimus
annum a ianuario. ¶ Possumus etiam a-
lia via cognoscere concurrentem anni scilicet
ut consideremus quotam feriam signi-
ficet f. littera prima in kalendario in mense
martio quia quota est feria illa tot et
numerus concurrens in illo anno usque ad

februarium sequentem. Et hoc retinetur co-
modius per hos versus. Quam feriam
martis f. primum signabit illius
in numero concurrens servatur anno. Ra-
tio autem huius est quia f. littera significa-
bit primam feriam in primo anno ci-
cli. ¶ Dato quod concurrente anni et quo-
tus annus ante vel post est primus
bissextilis potest statim inveniri in
tabula quotus est annus cicli quia
omnes concurrentes semper et in linea con-
venientium quater tantum et in qualibet eorum tantum se-
mel est concurrens anni bissextilis et quo-
libet item tantum semel secundus a bissexti-
li et iterum semel tantum tertius et iterum se-
mel tantum quartus a bissextili. ¶ Quando
autem concurrentes sunt annorum bissexti-
lium incipiendo a ianuario sunt per hoc
quod illi sunt maiores primis concurrenti-
bus antecedentibus binario. ¶ Notandum
autem ut quandocumque concurrens est unus
littera dominicalis martii est f. et quando con-
currens est duo littera dominicalis est e. et quando
3. littera dominicalis est d. et quando 4 littera domini-
calis est c. et quando 5 littera dominicalis est b.
et quando 6 littera dominicalis est a. et quando 7.
littera dominicalis est g. Et hoc retinetur
per hos versus. Sex habet a|b quinque
tenet|c quatuor|et d. Tres habet|e que
duos|f unum|g que septem. ¶ Ordo
autem litterarum dominicalium et concurren-
tium eis correspondentium et annorum
bissextilium per totum ciclum retinetur per
hos versus. Fons educat agrum. fons
bo cedas bos agit edum. Cambit gret
fons. est dabit agrum fraude alios
ars. Prima enim sillaba horum versuum
significat primum annum cicli et secunda se-
cundum et sic deinceps et prima littera sille-
be cuiuslibet significat litteram dominicalem co-

tus anni si non sit annus bissextilis vel in marcio si sit annus bissextilis et patet annus bissextilis per distinctionem alphabeti rectanguli. ¶ Si autem volumus ordinare ciclum solarem per modum alium quem superius tetigi scilicet ut primus annus cicli sit non bissextilis sed quasi esset annus secundus post primum annum secli vel secundus post primum annum [illegible] non habito respectu ad quod aliquid quod precessit tunc illius primi anni concurrens sit unitas et concurrens secundi anni 2 et tertii 3 et quarti 4 incipiemus ciclum ab octavo decimo anno in tabula superiori et illum annum qui est octavusdecimus in ordine annorum cicli secundum quod scribitur in tabula ponemus primum annum cicli inchoati ab anno post principium temporis positum et annum primum cicli descripti in tabula ponemus annum 11 cicli inchoati secundum quod ponitur tempori principium et annum decimumseptimum cicli secundum quod scribitur in tabula superiori ponemus annum ultimum cicli isto modo incepti. Unde si tabule superius descripte partem inferiorem scilicet ab octavodecimo anno deorsum ponamus superius et partem superiorem eiusdem tabule ponamus inferius habebimus tabulam inchoatam secundum quod ponitur tempori principium. ¶ Via autem inveniendi quotus sit annus cicli huius per annos domini est ista. Subtrahe ab annis domini 8 et residuum divide per 28 et quod residuum fuerit post divisionem indicabit quotus est annus cicli. Subtrahendi sunt autem 8 anni quia nonus annus domini fuit primus annus huius cicli. ¶ Hec autem tabula superior cicli solaris eodem modo inchoato descripta sit addidi illi tabule lineam unam in qua scripsi annos cicli inchoati secundum quod ponitur tempori principium ponendo e converso octavumdecimum annum annum primum et e converso primum annum annum decimumseptimum et ceteros annos secundum hanc consequentiam.

Cicl⁹ solaris	Lit' bissextiles	Lit' dnicales	Cicl⁹ ...	Cicl⁹ ...	Marcius	Aprilis	Maius	Junius	Julius	Augustus	September	October	November	December	Januarius	Februarius	
					5	1	3	6	1	4	7	2	5	7	3	6	Regulares mensium
12	G	f	1	1	6	2	4	7	2	5	1	3	6	1	4	7	B'
13		e	2	2	7	3	5	1	3	6	2	4	7	2	5	1	
14		d	3	3	1	4	6	2	4	7	3	5	1	3	6	2	
15		c	4	4	2	5	7	3	5	1	4	6	2	4	7	3	
16	B	a	5	6	4	7	2	5	7	3	6	1	4	6	2	5	B'
17		g	6	7	5	1	3	6	1	4	7	2	5	7	3	6	
18		f	7	1	6	2	4	7	2	5	1	3	6	1	4	7	
19		e	8	2	7	3	5	1	3	6	2	4	7	2	5	1	
20	D	c	9	4	2	5	7	3	5	1	4	6	2	4	7	3	B'
21		b	10	5	3	6	1	4	6	2	5	7	3	5	1	4	
22		a	11	6	4	7	2	5	7	3	6	1	4	6	2	5	
23		g	12	7	5	1	3	6	1	4	7	2	5	7	3	6	
24	F	e	13	2	7	3	5	1	3	6	2	4	7	2	5	1	B'
25		d	14	3	1	4	6	2	4	7	3	5	1	3	6	2	
26		c	15	4	2	5	7	3	5	1	4	6	2	4	7	3	
27		b	16	5	3	6	1	4	6	2	5	7	3	7	1	4	
28	A	g	17	7	5	1	3	6	1	4	7	2	5	7	3	6	B'
1		f	18	1	6	2	4	7	2	5	1	3	6	1	4	7	
2		e	19	2	7	3	5	1	3	6	2	4	7	2	5	1	
3		d	20	3	1	4	6	2	4	7	3	5	1	3	6	2	
4	C	b	21	5	3	6	1	4	6	2	4	7	3	5	1	4	B'
5		a	22	6	4	7	2	5	7	3	6	1	4	6	2	5	
6		g	23	7	5	1	3	6	1	4	7	2	5	7	3	6	
7		f	24	1	6	2	4	7	2	5	1	3	6	1	4	7	
8	E	d	25	3	1	4	6	2	4	7	3	5	1	3	6	2	B'
9		c	26	4	2	5	7	3	5	1	4	6	2	4	7	3	
10		b	27	5	3	6	2	4	6	2	5	7	3	5	1	4	
11		a	28	6	4	7	3	5	7	3	6	1	4	6	2	5	

Menses de quibus p̄ Capitulum quintum

[M]enses sunt duo secundum quos distinguitur kalendarium tamen dividitur annus solaris

integre dicuntur menses solares.
¶ Est autem aliud genus mensis quod dicitur
mensis lunaris et est mensis lunaris
tempus equalis lunationis. ¶ Equalis autem
lunatio est reditus lune ad solem secundum
utriusque cursum medium. ¶ Quantitas
autem temporis equalis lunationis secundum
quod invenerunt illud Abrachis et Tholomeus
est 29 dies et 31 minuta unius diei et
50 secunda et 8 tertia et 9 quarta et 20
quinta. ¶ Et hunc quantitati temporis equa-
lis lunationis concordat Arzachel qui
fundavit tabulas suas super quantita-
tem anni lunaris, quia annus lunaris
constat ex 12 lunationibus equalibus. Et
12 lunationes equales secundum ipsum con-
tinent 354 dies et quintam et sextam
unius diei, hoc est 22 minuta. Et secundum
hoc erit tempus equalis lunationis 29 di-
es et 31 minuta et 50 secunda. Si enim 29
dies et 31 minuta et 50 secunda multipli-
centur per 12 fiunt 354 dies et 22
minuta. Ipse enim Arzachel non curat
de tertiis vel de quartis. Abiec-
tis itaque tertiis et quartis et quintis
que in maximo tempore parve quantitatis red-
duntur, et posito quod tempus equalis lunationis
sit 29 dies et 31 minuta et 50 secunda,
accidit quod minimum tempus reducens omnes
integras lunationes equales ad consimile
temporis initium est 30 anni Arabum, qui con-
stant ex 360 lunationibus integris, et
continent dies 10631 perfecte. ¶ Verbi gratia
si coniunctio solis et lune secundum utriusque
cursum medium sit hodie sole existente in li-
nea meridionali civitatis prius non
erit iterum coniunctio media solis et lune
sole existente in eodem meridionali donec
completi fuerint 10631 dies qui consti-
tuunt 30 annos Arabum. Et cum completi
fuerint illi dies perfecte sole existente in
predicto meridionali erit iterum media
coniunctio solis et lune. Cum enim equalis
lunatio sit 29 dies et 31 minuta
et 50 secunda, 12 lunationes que faciunt u-
num annum Arabum et annum unum
lunarem continebunt 354 dies et 22
minuta unius diei. Sed 354 dies multi-
plicata per 30 faciunt 10620. Et 22
minuta multiplicata per 30 faciunt 11
dies integros qui coniuncti diebus supra-
dictis faciunt 10631 dies perfecte redu-
centes primo integras lunationes
equales ad consimile temporis initium. Et isti di-
es collecti ex 22 minutis super excre-
centibus super dies integros sunt dies
bissextiles apud Arabes, quia ipsi in ta-
bula sua computant annum suum ex inte-
gris diebus sicut nos facimus et abiciunt
22 minuta predicta donec collectum
sit eis plus medietate unius diei in-
tegri sicut nos abicimus quartam diei
usque ad quartum annum et sicut nos in
quarto anno ex 4 quartis diei colli-
gimus diem unum et interponimus illum
in bissextilem anno nostro sic illi ex predictis minu-
tis cum excreverint plus medietate
unius integri colligunt diem unum et
computant eum in ultimo mense. Ipsi enim an-
num suum dividunt in 12 menses et
faciunt semper unum mensem ex
30 diebus et alium ex 29. Sed in omni an-
no suo bissextili faciunt semper ultimum
mensem ex 30 diebus et tunc pariter du-
o menses continue utrique ex 30 die-
bus scilicet undecimus et duodecimus men-
sis et annus ille bissextilis constat ex
355 diebus et in 30 annis Arabum
sunt anni 11 bissextiles propter 11 dies
collectos ex 22 minutis excrescentibus

[Left margin notes:]
scilicet quod xii lunationes habent 354 dies et xii minuta
Circa [illegible]

[Right margin notes:]
unde quod in 30 annis habent xi annos bissextiles et xix non bissextiles
[illegible]

nibus super 354 dies integros in 12 lunationibus equalibus integris. ¶ Cum igitur isti sic 30 anni arabum qui continent 360 lunationes equales et 10631 dies integros precise. sit tempus minimum quod reducat integras lunationes ad consimile temporis initium et perficiat integre lunationes equales in diebus integris. non est possibile ut aliud tempus ab ipso isto uel eius multiplici constans ex lunationibus integris sit vere ciclus lunationum equalium uel primationum quia omne aliud tempus ab isto uel eius multiplici constans ex lunationibus integris habet aliquid plus uel minus lunationibus equalibus integris. et omnis lunationes equales integre que non sunt in predicto numero scilicet 360 uel in eius multiplici habent aliquid plus uel minus temporis quam dies integros. Unde cum 19 anni kalendarii nostri non exequent 30 annos arabum nec sint eis multiplices nec multiplices ad illos, manifestum est quod in 19 annis constantibus ex diebus integris non complentur vere cicli lunationum equalium uel primationum. sed accidit error multus ex positione huius cicli. ¶ Quod ut manifestius pateat idem aliter explanabo. 19 anni nostri si 3 primi sint non bissextiles habent tamen 4 annos bissextiles quartum scilicet 8 12 16 et constant ex 6939 diebus tantum et nos in kalendario nostro in quibuslibet 19 annis facimus 235 lunationes uel primationes quia quolibet anno habemus 12 lunationes et illis addimus in 19 annis 7 lunationes embolismales que conficiunt fiunt lunationes 235. Sed si multiplicauerimus tempus equalis lunationis hoc est 29 dies et 31 minuta et 50 secunda in 235 aggregabuntur nobis 6939 dies et insuper 40 minuta et 50 secunda que sunt plus quam due tertie unius diei. quare completis 19 annis integre kalendaribus cum 4 annos bissextiles nondum complete sunt 235 lunationes integre sed deficiunt eis adhuc 40 minuta et 50 secunda unius diei et complebuntur integre post integram completionem 19 annorum per spatium 40 minutorum et 50 secundorum unius diei. ¶ Quilibet vero 19 anni nostri habentes aliquem de tribus primis annis bissextilem habent dies 6940 quia habent 4 annos bissextiles unde cum 235 lunationes equales habeant 6939 dies et 40 minuta et 50 secunda. 19 anni habentes 4 bissextiles annos superant 235 lunationes spatio 19 minutorum et 10 secundorum unius diei et hoc est fere per unam terciam unius diei. ¶ Accidit autem ut semper post 19 annos habentes tantum 3 annos bissextiles consequantur ~~deinde ter~~ continue ter 19 anni habentes 4 annos bissextiles et tamen quinto post 76 annos completos redeunt 19 anni habentes tantum 3 annos bissextiles et sequuntur deinde ter 19 anni habentes 4 annos bissextiles et sic procedet in infinitum. unde non quilibet 19 anni equantur ad inuicem sed quilibet 76 anni penitus equantur ad inuicem et habent dies 27759. ¶ Si igitur aggregemus ter 19 minuta et 10 ~~minuta~~ secunda que quilibet 19 anni habentes 4 annos bissextiles addunt super 235 lunationes integras prouenient nobis 57 minuta et 30 secunda. Igitur in 76 annis integris kalendaribus 14 annos bissextiles excrescunt 57 minuta et 30 secunda unius diei super 940 lunationes equales integras. ¶ Et vero

19 anni habentes tantum 4 annos bissextiles minores sunt 235 lunationibus equalibus integris quantitate 40 minutorum et 50 secundorum. Si igitur subtraxerimus 40 minuta et 50 secunda quibus minores sunt 19 anni habentes tantum 4 annos bissextiles integris lunationibus a 57 minutis et 30 secundis quibus 57 anni habentes 14 annos bissextiles sunt maiores integris lunationibus relinquetur nobis 16 minuta et 40 secunda quibus 76 anni semper sunt maiores 940 lunationibus equalibus integris. Unde quater 76 anni hoc est 304 anni integri superant 3760 lunationes equales integras quantitate unius diei et 6 minutorum et 40 secundorum. Accidit igitur primo modo ut post 304 annos dicamus lunam primam ipsa existente maioris etatis quam tunc unius diei et 6 minutorum et 40 ~~minutorum~~ secundorum quam fuit in principio eorundem 304 annorum. Et accidet quod post 5·76 annos dicatur luna prima secundum computationem kalendarii nostri cum ipsa erit plena lumine. Et si secundum ptholomeum addimus ipsi equali lunationi tertia et quarta et quinta secundum ipsum quod quantitas equalis lunationis est 29 dies et 31 minuta et 50 secunda et 8 tertia et 9 quarta et 20 quinta patet quod hoc diminuetur nobis error predictus. Sed si diviserimus 27759 dies integros qui sunt dies 76 annorum per tempus equalis lunationis quod ponit ptholomeus exibunt in divisione 940 lunationes equales et remanebunt post divisionem de diebus predictis 76 annorum 14 minuta et 32 secunda 13 tertia et 46 quarta et 40 quinta excrescentia super integras

6 minuta et 40 secunda [illegible] 1 die [illegible] 3760 [illegible] erit decima.

lunationes et ita 304 anni integri erunt semper minores 3760 lunationibus equalibus integris quantitate 58 minutorum et 8 secundorum et 55 tertiorum et 6 quartorum et 40 quintorum unius diei que simul collecta sunt fere dies unus et ita accidit nobis error consimilis errori predicto licet sit paulo minor. Et si dixerit aliquis nostram computationem lunationum et primationum veram esse et computationem lunationum vere et integre compleri in 76 annis integris et ptholomei et arzachelis computationem esse falsam quia et ipse ptholomeus ostendit nobis in 3 capitulo 4 libri almagesti quod consideratio in qua inventa fuit quantitas supradicta equalis lunationis possibile fuit fallere duabus de causis. Respondeatur ei quod tunc accidet ptholomeo et arzacheli tantus error quantus accidit nobis secundum illum quem dicimus, et accidet tabulas ptholomei et arzachelis iam habere manifestam falsitatem in supputatione horarum eclipsium et nos invenimus contrarium quia ipse tabule non mentiuntur nobis in aliquo sensibili de horis eclipsium. Iterum si acceperimus diem unum et 6 minuta et 40 secunda quibus 304 anni in veritate superant 3760 lunationes integras et per illum diem unum et 6 minuta et 40 secunda dividamus 29 dies et 31 minuta et 40 secunda que sunt tempus equalis lunationis secundum aratelem et secundum arzachelem exibunt nobis in divisione 26 et relinquentur post divisionem 38 minuta et 30 secunda. Quare si multiplicemus 304 annos numero per 26 proveniet nobis 7904 anni quibus excrescet ex predicta multiplicatione error unius

lunacionis integre · exceptis 39 · mi
nutis et 30 · secundis · Cum secundum computa/
tionem primacionum in kalendario nostro in
1908 · annis erunt precise lunacio
nes integre · 9AA60 · et tamen secundum com
putacionem arzachelis et veritatem as
tronomicam in 1908 · annis mensis sunt
9AA61 · lunaciones integre exceptis
39 · minutis et 30 · secundis unius diei ·
¶ Item · 10631 · dies qui continentur in
30 · annis arabum sunt quasi minimum quod
secundum nos reducat integras lunacio
nes ad consimile tempus initium et 7AA49 ·
dies qui continentur in · AG · annis
nostris sunt quasi minimum reduces inte
gras lunaciones ad consimile tempus initi
um secundum kalendarium nostrum quod licet dicti
mus cyclum primacionum renovari in fine
quorumlibet · 19 · annorum hoc non potest penitus
esse verum quia quamvis · 19 · anni non ut
supradictum est · sunt minores aliis · 19 · annis
uno die · sed quilibet · AG · anni qui con
tinent ex · 19 · quater sunt penitus equales a
liis · AG · annis ¶ Cum itaque duo predicti
numeri dierum 30 · annorum arabum et dierum
AG · annorum nostrorum sint duo numeri con
se primi et ideo sua proportione mini
mi communis numerus qui ab illis com
mune numeratur est ille qui fit ex ductu
eorum unius in alterum · et dies numerati a
numero sic producto sunt tempus mini
mum quod reducat simul ad unum in
stans et ad consimile tempus initium luna
ciones computatas secundum kalendarium nostrum
et lunaciones computatas secundum kalendarium
arabum et regulas astronomorum et hoc
tempus continet · 83 7AA0 · annos arabum
integre et continet · 80A946 · annos
nostros integre ¶ Si itaque multiplica
verimus · 920 · lunaciones quas nos

dicimus compleri in · AG · annis in · 10631 · quod
est numerus dierum in 30 · annis arabum pro
veniet nobis numerus lunacionum com
pletarum secundum computacionem nostram in tem
pore predicto · et est iste numerus lunacio
num · 9993120 · Si tamen multiplica
verimus 360 · lunaciones completas inte
gre in · 30 · annis arabum in 7AA49 ·
qui est numerus dierum · AG · annorum nostrorum pro
veniet numerus lunacionum completarum secundum
computacionem astronomicam in eodem
predicto tempore magno et est numerus ille
lunacionum · 9993 7120 · et hic numerus
lunacionum est maior · 100 · quam numerus
lunacionis secundum computacionem nostram
in eodem tempore ¶ Multum itaque manu
festus est error computacionis nostre et que
dicti lunacionum in kalendario nostro posita ·
et idem est error cycli epactarum ¶ Neces
se est itaque nobis ad veritatem cog
noscendam ut alia via queramus prima
ciones quam per cyclum · 19 · et ut alia vi
a etiam queramus etatem lune in prin
cipiis mensium nostrorum quam per cyclum
epactarum ¶ Possumus autem cognoscere
semper primum diem lunacionis secundum
veritatem astronomicam si numeremus
tempus secundum annos et menses arabum ·
Cum primus dies cuiuslibet mensis cuius
de annis arabum est dies coniunctionis
solis et lune secundum utrumque cursum
medium · Unde si diem coniunctionis huius
velimus dicere primam diem etatis
lune cognitis initiis mensium arabum
cognoscuntur etiam primaciones ¶ Et
si velimus inchoare primaciones nostras
a prima die visionis nove lune vel
a secunda vel tercia incipiemus primaciones
nostras a secunda die cuiuslibet mensis a
rabum vel tercio vel quarto et procedemus

vniuersitatis in computatione proiectionum
et non proueniet nobis error. ¶ Scita
igitur annorum et lunarum mensium de an
nis arabum dabit nobis veram con[i]un
ctionem proiectionum. Propterea postea con
sequenter doctrinam arzachelis de in
ueniendo annos arabum et menses ex
annis domini nostri ihesu christi. Capitulum quintum

Cum volueris scire annos [tam]
et menses et dies arabum ex an
nis domini nostri ihesu christi ex perfectis eius
annis deme 621. qui erunt complementum
minuti annorum arabum. Et multiplica re
siduum per 364. deinde accipe quar
tam partem multiplicati et non producti et
adde eam super illud quod prouenit ex mul
tiplicatione et tunc habebis omnes dies an
norum christi residuorum. Post hec minue
de illo numero dierum qui tibi collectus fuit
194. et adde super illud quod remanserit
quicquid preterijt de anno christi perfecto ex
mensibus et diebus ab inicio ianuarij usque
in diem in quo fueris. Multiplica igitur illud
totum collectum in 30. et erunt fractiones
quas diuides per 10631. et tribuet annos
arabum perfectos. Quod vero remanserit
diuide per 30. et tribuet dies. Et si in diui
sione remanserit ultra 14. sume illa
pro die vno. Si minus abice illa et non cu
res de eis. Fac igitur ex eis menses vnum ex
30. diebus et alium ex 29. a primo mense
almuharram incipiens et habebis menses
perfectos. Quod vero remanserit tibi de
dierum ubi non perficies mensem erunt dies
qui preterierunt de mense eorum scilicet imper
5 fecto in quo tu fueris credas esse. ¶ Pro
sunt autem arzachel tabulas et doctrinam
tabularum ad extrahendum annos arabum
et annos persarum et annos grecorum et an
nos hispanorum et annos egyptiorum

et annos domini quoslibet ex quibuslibet.
De quibus hic subscripsi tablas et doctri
nam ad extrahendum tantum annos
arabum de annis christi. ¶ Ut autem in
uenias annos et menses arabum ex an
nis domini per tabulas. Scito quod abie
cit de annis domini ex annis perfectis et
mensibus perfectis atque diebus et serua hoc.
Deinde constitue omnes menses qui transie
runt de anno imperfecto in quo tu fueris ex
30. diebus. hoc est accipe ex unoquoque men
se ex 31. die constitue diem unum et ad
de eum diebus mensis in quo tu fueris si fuerit
imperfectus et si inueneris mensem febru
arij iam transisse da ei de diebus duos
dies et si bisextilis fuit vnum tantum. Cum hec
feceris iam facti sunt tibi menses quos
habueras ex 30. et 30. diebus. Serua ergo
hoc totum. Post hec quere in tabulis anno
rum domini collectorum similem illius quod habuis
ti ex annis et mensibus atque diebus vel quod
fuerit propinquius ei quod habuis de eo quod fuerit
minus illo. Et proice hoc de annis seruatis
quos habueris et quod remanserit de an
nis et mensibus atque diebus et fractionibus
serua et accipe quod in directo eius fuerit quod
accepisti vel precisti in linea annorum
arabum de annis collectis. Post hec quere
similem illius quod remanserit et in tabula an
norum expansorum de annis domini aut quod
fuerit ei propinquius de eo quod fuerit minus illo et
proice illud de hoc quod seruasti et scito quod
remanserit. Post hec scito quot anni a
rabum sunt in directo illius quod minuisti
et quod fuerit adde illud super hoc quod habuisti
ex arabum annis collectis primo. Post
hec aspice fractionem quam habueris si
fuerit plus dimidio pone eam diem
integrum et adde illam diem integrum
super dies. Si minus ne cures de ea. De

inde quere illic mensibus atque diebus qui remanserint tibi in tabulis mensium aut quod fuit ei propinquius de eo quod fuit minus illo et minue illud de mensibus atque diebus residuis et remanebunt dies tantum. Et scito quod in directo mensium sic quos minuisti in linea mensium in tabula. Dies igitur qui remanserint sunt illud quod abiit ex mense in quo fuit ex diebus expensis vel et anni sunt arabum. ¶ Et si coegerit te opus ut minuas plures menses de paucioribus accipe ex annis unum annum et pone eum 12 menses et adde illud super alios paucos menses et minue de eo quod tibi collectum fuerit illos menses plures quos debes preterea et adde super dies 4 dies et unam quartam super quartas quia ipsi sunt dies qui augentur super 360. ¶ Hec est descriptio tabule. Capitulum sextum

Sciendum quod quantitas lunationis vere id est quantitas reditus lune ad solem secundum varium cursum variatio est equale tempori lunationis equalis. Sed lunatio vera quandoque maior est lunatione equali quandoque minor. Quelibet enim 12 lunationes equales adequantur prope quibuslibet 12 lunationibus veris sicut ostensum est in libro almagesti. Et quanto quedam lunationes vere diminuunt a lunatione equali tanto quedam lunationes vere addunt super lunationes equales. Unde non est possibile ut cyclus lunationum verarum continuetur minor vel maior quam cyclus lunationis equalis. licet quedam lunatio vera sit minor lunatione equali et quedam maior sit. ¶ Et cum tempora lunationum verarum in lunationum inequalitate diversificatur tam propter motum solis verum et uniformem quam propter verum motum lune multo magis inveniuntur. nimis longum et laboriosum esset certa tempora verarum lunationum sibi succedentium diffinire. Ideoque oportet in proposito procedere non faciendo distinctionem inter tempora lunationis vere et lunationis equalis. Sed ponendo tempora lunationum verarum equalia tempori lunationis equalis. ¶ Investigatio autem diffinita temporis cuiuslibet lunationis vere relinquenda est illis qui loca stellarum omnium ad dicta tempora per tabulas astronomicas inveniunt.

Capitulum septimum.

Ut ex premissis liquet manifesta est falsitas kalendarii nostri in ciclo. Igitur et ciclo epactarum quia cum secundum cyclum illius vertitur expositionem kalendarii nostri quo ad ciclos illos cum dei adiutorio prosequemur cum illis qui cyclos predictos primo posuerunt supponentes quod quilibet 19 anni inter quorum quilibet non bisextilis constat ex 365 diebus et quilibet quartus bisextilis constat ex 366 diebus. Sed quantitas minimum reducens equales lunationes integras ad consimile temporis initium et hac suppositione posita predicte super eam fundabimus doctrinam consequentem concordantem radici posite. ¶ Hac igitur radice posita consequenter oportet nos dicere quod quantitas equalis lunationis est 29 dies et 31 minuta et 50 secunda et 8 tertia et 9 quarta et 20 quinta et 18 sexta et 7 septima. Et sic erit quantitas equalis lunationis quod oportet nos ponere ad hoc ut in 76 annis compleantur integre lunationes 940 in annis quantitas equalis lunationis secundum arzachelem in quantitate unius secundi et 7 tertiorum et 9 quartorum et 20 quintorum et 18 sextorum et 7 septimorum

annorum. Et licet in hoc sit parvus error in principio. Ex supradictis patet quantitas accidit error per processus longitudinem. ¶ Ut autem secundum iudicium hic positum oporteat praedicto modo diffinire quantitas equalis lunationis ad complendam doctrinam tabularum nostrarum sicut manifestum. Ponimus secundum tabularum nostrarum in quibuslibet 19 annis per quos revolvitur cyclus 19 compleri 235 lunationes. Sed si multiplicemus tempus equalis lunationis quod in hoc capitulo secundum nos positum per 235 qui est numerus lunationum completarum in 19 annis provenient ex illa multiplicatione 6939 dies et insuper 44 minuta et 59 secunda et 59 tertia et 59 quarta et 47 quinta et 10 septima. ¶ Et quia 59 secunda cum tertiis et quartis et quintis et sextis et septimis continentibus valent unum minutum exceptis 2 sextis et 10 septimis tantum quorum quantitas in longissimo tempore insensibilis est possumus dicere absque omni errore sensibili secundum suppositionem nostram quod ex praedicta multiplicatione provenirent 6939 dies et insuper 44 minuta. ¶ Dies autem 6939 complent fere 19 annos in quibus sunt 4 anni bissextiles. Quare quantitas lunationum que ponitur compleri in illis annis est maior illis 19 annis quantitate 44 minutorum unius diei. Sed 19 annos in quibus sunt tantum 4 anni bissextiles consequentur continue ter 19 anni habentes 5 annos bissextiles. Et ita quilibet 19 anni de illis habent 6940 dies et superant 235 lunationes quantitate 15 minutorum tantum. Igitur ter 19 anni in quibus sunt 5 anni bissextiles superant ter 235 lunationes quas computamus in illis annis quantitate 15 minutorum est et hoc est quantitate 45 minutorum. Igitur quarto 19 anni habentes tantum 4 annos bissextiles sunt minores 235 lunationibus quas computamus in illis 19 annis tanto est 19 anni continentes sunt maiores est 235 lunationibus quas damus in illis annis continentibus. Igitur 76 anni quos complent quatuor 19 anni fere adequantur 940 lunationibus quas ponimus compleri in 76 annis. ¶ Unde igitur secundum praedictam quantitatem temporis equalis lunationis accidit 940 lunationes equales integras fere adequari diebus integris 76 annorum patet quod non est possibile ponere aliam quantitatem temporis equalis lunationis ut quod accidat in 76 annis integre completis 940 lunationes similiter integre compleri. ¶ Via autem qua quantitas equalis lunationis secundum suppositionem nostram facile et certe invenientur est ut dividantur dies integros 76 annorum per 940 quia numerus lunationum illius temporis secundum nos et exiet in divisione certa quantitas lunationis equalis. Tribuit autem 29 dies et 31 minuta et 50 secunda et 3 tertia et 44 quarta et 41 quinta et 19 sexta et 2 septima. ¶ Hoc ita quod modo numero et cognito tempore lunationis equalis secundum nostrum iudicium dico quod in computationibus lunationum et prolongationum respuimus minutias et computamus omnem lunationem ex diebus integris ponentes unam lunationem ex 30 et consequentem ex 29 diebus integris et sic semper alternando ponimus 2 lunationes quascumque

ex 49 diebus integris donec ex mi-
nutiis omissis aggregetur aliquid sensi-
bile quod ponitur pro uno die et interponitur
dies ille vel in lunatione mensis bisex-
tilis et computatur lunatio 30 dierum que
solebat computari 29 dierum vel in luna-
tione embolismali secundum quod mox dicetur post-
dicam et sic 2 menses vel 3 menses con-
tinui quilibet 30 dierum. ¶ Manifestum
est igitur quod annus noster non bisextilis constat
ex 12 lunationibus quarum una semper
est ex 30 diebus et altera ex 29 et insuper
ex diebus 11 quia 12 lunationes complent
dies 354 qui sunt minus anno nostro 11 diebus.
¶ Quia in anno non complentur integre plures
quam 12 lunationes attribuimus anno sim-
plici 12 lunationes et cuilibet mensi
solis lunationem unam. Et dicimus quod lu-
natio semper sit mensis illius in quo finitur.
Et si due lunationes aliquando terminantur
in uno mense altera illarum erit irregula-
ris et embolismalis. Et autem lunatio sit il-
lius mensis in quo terminatur retinetur
competenter per hunc versum: Mensis luna-
datur cui fine suo sociatur. ¶ Un-
decim itaque dies excrescentes in an-
no solari super annum lunarem dicuntur
epacta sequentis anni solaris quasi
epyaucta, id est superaucta et per illos 11 di-
es maioratur etas lune in primo die
sequentis anni et per eosdem 11 dies maio-
ratur etas lune in principio cuiuslibet
mensis sequentis anni super etatem suam
in principio cuiuslibet mensis prioris anni.
¶ Numeri itaque etatis lune in principio
fundationis kalendarii in principiis mensium
dicuntur regulares lunares. Et ascribuntur
unicuique mensi regularis eius. Et est numerus eta-
tis lune in primo die cuiuslibet mensis in
anno primo kalendarii. Fuit itaque in illo an-
no luna ·5· in primo die septembris. Et in
principio anni a septembri quo ad computum
epactarum et quo ad formationem regula-
rium lunarium. ¶ Hoc itaque cognito in-
venientur regulares mensium sequentium per
numerum regularem septembris iam notum per
hanc viam. Regulari septembris adde nu-
merum dierum septembris et a toto collecto
subtrahe lunationem septembris et numerus qui
relinquitur est regularis mensis sequen-
tis anni. Cum si numerum etatis lune in pri-
mo die septembris addis super dies septem-
bris et a totali collecto subtrahis numerum
dierum lunationis eiusdem mensis relinquitur
tibi numerus etatis lune in primo die men-
sis sequentis et ille numerus relictus erit re-
gularis mensis sequentis. Consimili modo cum
regulari mensis secundi invenies regularem
mensis tertii et sic deinceps. Et occurrent
tibi regulares septembris ·5· et octobris
·5· et novembris ·7· decembris ·7· Ianua-
rii ·9· februarii ·10· marcii ·9· aprilis
·10· maii ·11· iunii ·12· iulii ·13· augu-
sti ·14·. Hos autem numeros retinent per
hos versus: Quinque sep. oc. dantur:
no. de. 7 ter tria ia. mar. feb. a. de-
cem simulantur, post unum cuilibet addis.
¶ Hos etiam retinent per hos versus: Estu-
at esuries gravamine grammatica igne-
bilis igne bellum lucet in nonumus
ordo. Quorum est prima littera cuiuslibet dic-
tionis versuum in alphabeto tot est nu-
merus regularis illius mensis cui competit
illa dictio. Et est prima dictio septembris
secunda octobris et sic de aliis. ¶ Ut autem
in promptu habeas numerum dierum lunationum
cuiuslibet mensis. Scias quod omnis mensis in-
par ut primus vel tertius et quintus et sic
deinceps habet lunationem 30 dierum. Et
omnis mensis par ut secundus et quartus et

sic deinceps habet lunationem imparem
scilicet .29. dierum et hoc retinet per hunc ver
sum. Impar luna pari par fiet in in
pare mense. ¶ His itaque notis de re
gularibus lunaribus redeundum est ad epac
tas. Dico ergo quod in duobus annis excre
scunt .22. dies super .12. lunationes
illorum duorum annorum et sunt illi .22. dies
epacta tercii anni. Et licet secundus annus vel
aliquis alius fuit bissextalis non dice
mus tamen quod ille annus addat .12. dies
super annum lunarem. quia dies bissextalis
intercipitur in una .12. lunationum scilicet
et facta est lunatio .30. dierum pro die bis
sextili que sine bissexto esset tantum .29.
dierum. Unde nullus annus solaris addit
super .12. lunationes suas plus quam .11.
dies. ¶ In tercio itaque anno colliguntur
ex .11. diebus superexcrescentibus .33. dies
sed de .30. diebus fit una lunatio et rema
nent .3. dies pro epacta .4. anni. Illa
autem lunatio sic collecta vocatur lu
natio embolismalis id est superexcrescens et an
nus in quo est in quo intercipitur hec lunatio
vocatur annus embolismalis. ¶ In quarto an
no ex tribus diebus prius relictis extra
integras lunationes et ex .11. diebus
excrescentibus in ipso quarto anno aggre
gantur .14. qui sunt epacta quinti anni
et in quinto anno addicias iterum .11. die
bus .14. prioribus congregantur .25. dies
et sunt epacta sexti anni. ¶ In sexto
autem anno adiunctis .11. diebus .25. prece
dentibus fiunt .36. dies. sed ex .30. diebus
fit una lunatio in sexto an
no et remanent adhuc .6. pro epacta
septimi anni. ¶ In septimo igitur
anno ex istis .6. diebus et .11. excrescenti
bus in ipso anno septimo aggregan
tur .17. dies qui sunt epacta octavi

anni. Et in octavo anno ex prioribus .17.
diebus et .11. addictis congregantur .28. di
es et sunt epacta noni anni. Et licet in
octavo anno non aggregentur nisi .28.
dies tamen ex diebus superexcrescentibus mu
tuamus de diebus anni sequentis .2.
dies quibus coniunctis cum .28. diebus super
excrescentibus facimus in ipso octavo
anno lunationem unam embolismalem
ex .30. diebus et est annus octavus em
bolismalis. ¶ In nono autem anno ad
iunguntur iterum .11. dies .28. diebus
prioribus et sunt .39. dies sed de .28.
diebus excrescentibus in octavo anno
et de duobus diebus mutuatis ab .11. die
bus adiungendis in nono fiebat in
octavo anno una lunatio embolis
malis ex .30. diebus. In nono ergo anno
non remanent de superexcrescentia nisi .9.
dies qui sunt epacta .10. anni. ¶ Eo
dem modo addicione recipitur epacta un
decimi .20. Cum ipso superexcrescit in
.11. anno .31. dies sed ex .30. diebus fit
una lunatio embolismalis in ipso .11.
anno et est ille annus embolismalis et
remanet .1. pro epacta .12. anni. ¶ Et
consequenter secundum predictam addicionem
fiunt .12. epacta .13. anni et .23. fiunt
epacta .14. anni et in ipso .14. anno ad
dictis .11. diebus .23. diebus precedentibus
excrescunt .34. dies sed de .30. diebus fit
in illo anno una lunatio embolismalis
et remanent .4. pro epacta .15. anni. et .4.
fiunt epacta .16. anni et .15. epacta
.17. anni. Unde in .17. anno excrescunt
.37. dies et ex .30. diebus fit una lunatio
embolismalis et remanent .7. pro epacta
.18. anni. Et in .18. anno additis .11. di
ebus .7. diebus prioribus excrescunt .18.
dies que sunt epacta decimi noni anni.

	Cycl. xix	Cycl. epact	
			Vnde in 19 anno
	1	0	addicas ·11· excres
	2	11	autem 19 dies qui
Emb	3	22	bus cum 19 dieb(us) ad
	4	3	ditur vna dies in
	5	14	euam lunacionem
Emb	6	25	Julii et fiunt 30 et
	7	6	ex illis fit vna
Emb	8	17	lunacio embolisma
	9	28	lis in 19 anno.
	10	9	¶ Et iterum in vice
Emb	11	20	simo anno incipit
	12	1	cyclus iste et est e
	13	12	pacta nulla quia nul
Emb	14	23	la est excrescencia
	15	4	super undecim lu
	16	15	nacionis embolis
Emb	17	26	malis in anno 19
	18	7	et procedit in 19 se
Emb	19	18	quentibus generacio

epactarum et lunacionum embolismalium sicut primis 19 annis fuit cyclus epactarum. ¶ Et manifestum est ex iam dictis quod 19 annis fuit ampliatur cyclus primacionum quia completis 19 annis tota est luna in principio 20 anni quota fuit in principio primi anni et currunt primaciones in 19 annis sequentibus sicut fecerunt in 19 annis precedentibus. Si quis cum sit diuersitas post plenius patebit. Sed cyclus primacionum quo nunc vtimur vocatur cyclus 19alis a 19 annis in quibus perficitur. Ciclus vero primacionum quo usi fuerunt veteres vocatur cyclus lunaris et non differt a cyclo 19li nisi quia cyclus 19lis incipit prius tribus annis et utrque illorum cyclorum incipit a ianuario. Ciclus vero epactarum incipit a septembri qui primo precedit ianuarium a quo incipit

cyclus 19. ¶ Ex iam dictis patet quod in 19 annis fiunt 7 embolismales, scilicet tertius et sextus et octauus, undecimus et 14us, 17us et 19us. Vnde diuidunt cyclum 19lem in ogdoadem et hendecadem et est ogdoas spacium 8 annorum in quo fiunt 3 embolismales. Endecas vero est spacium 11 annorum in quo fiunt 4 embolismales et omnis lunacio embolismalis est 30 dierum. ¶ Quotus autem annus cycli sit embolismalis retinetur per hunc versum: Crist(us) fact(us) homo leuat omnia reddita throno. Istae 7 dictiones designant per ordinem 7 annos embolismales et quota est prima littera cuiuslibet dictionis in alphabeto, totus annus cycli est ille embolismalis cui deseruit illa dictio. ¶ Et que sit epacta quolibet anno retinetur per hos versus: Que tenet undenas aprilis luna kalendas, epacte numerum seruat per quemlibet annum. Ut primo anno cycli semper est luna 30 11 kalendas aprilis, et ita necessario secundo anno est luna 11 eodem die et ita deinceps secundum incrementum epactarum. ¶ Facile est autem cognoscere epactam cuiuslibet anni cum sciamus per supradicta generacionem epactarum, si cognouimus in quoto anno cycli epactarum fuimus. ¶ Quotus autem sit annus cycli cognoscitur hoc modo: sumatur annus domini et addatur eis vnus et collectum diuidatur per 19; si nichil est residuum annus ultimus annorum domini est ultimus annus cycli; si aliquid fuerit residuum quantum est illud residuum totus est annus cycli epactarum. ¶ Et per eandem viam reperitur quotus est annus cycli 19lis, sed cyclus epactarum ut predictum est incipit 4 mensibus ante cyclum 19lem, scilicet a septembri qui precedit ianuarium in quo

incipit ciclus .19. ¶ Cognito itaque quotus sit annus cicli et per consequens que sit epacta anni intrantis, epacta cum regulari cuiuslibet mensis notulis et tabulis composita ex epacta et regulari ostendet numerum etatis lune in principio illius mensis. Si autem numerus compositus ex epacta et regulari superueniente 30 abiciantur 30 et residuum ostendit etatem lune. ¶ Et hec est utilitas regularium lunarium et epactarum cognitio scilicet etatis lune in principio omnium mensium et per consequens in quolibet die cuiuslibet mensis. ¶ Hec enim regula de inueniendi etate lune habet instantiam et ut hec instantia melius pateat, et quia superius dictum est in sermone uniuersali de collectione dierum ex minutiis quas habet qualibet lunatio supra 29 dies et dimidium que dies collecti adiciuntur pro dies bissextiles et 30 dies lunationum embolismalium clarius elucescat, paulo altius est ordiendum. Capitulum octauum

Secundum radicem suppositam in kalendario nostro quelibet lunatio equalis addit unum minutum et 44 secunda et 3 tertia et 29 quarta et 44 quinta et 18 sexta et 7 septima super 29 dies et dimidium. Unde due lunationes quarum una ponitur 29 dierum et altera 30 dierum computantur minoris quantitatis quam sint secundum radicem nostram quantitate minutiarum supra dictarum bis sumpta. Et similiter 12 lunationes quarum 6 ponuntur 30 dierum et alie 6 29 dierum sint minores quantitate eis debita secundum radicem nostram ultimis minutiis duodecies sumptis et hoc est 22 minutis et 17 secundis 43 tertiis et 44 quartis et 16 quintis et 8 sextis et 14 septimis. Unde cum cuilibet anno attribuantur 12 lunationes quarum altera est 30 diebus et reliqua est 29 diebus et tales lunationes uoco lunationes communes. erunt 228 lunationes communes 19 annorum minores quantitate eis debita secundum suppositionem nostram 4 diebus et 7 minutis et 7 secundis et 33 tertiis et 11 quartis et 19 quintis et 19 sextis et 36 septimis. ¶ Item lunatio ultima embolismalis que aggregatur in 19 anno cicli licet computetur 30 dierum ne sit dissimilis aliis lunationibus embolismalibus tamen non est nisi 29 dierum si attribuantur illi anno 12 lunationes communes. Ita quod 6 ~~sint ita quod 6~~ sint ex 29 diebus et alie 6 ex 30 diebus. Sed ne sit dissimilis aliis embolismalibus subtrahitur unus dies de lunatione iulii que deberet 30 dierum esse et datur lunationi embolismali ultime et remanet lunatio iulii 29 dierum et embolismalis ultima 30 dierum et hec subtractio unius diei a lunatione iulii et additio diei eiusdem lunationi embolismali uocatur saltus lune. ¶ Computatis igitur in 19 anno 12 lunationibus integris communibus remanet lunatio embolismalis illius anni 29 dierum et ideo illa lunatio est minor quantitate equali lunationis secundum nos quantum sunt 31 minuta et 44 secunda et 3 tertia et 29 quarta et 44 quinta et 18 sexta et 7 septima. Et si aggregamus has minutias diebus et minutiis quibus 228 lunationes 19 annorum sunt minores quantitate eis debita secundum radicem nostram aggregabuntur

nobis 7 dies et 23 minuta et 13 se-
cunda et 37 tercia 1 quartum 16 quinta 33 sex-
ta 38 septima. Et hec 7 dies cum mi-
nutis 33 et aliis minutis sequentibus
sunt quantitas qua 228 lunaciones
quarum una est embolismalis ultima et alie
lunaciones sunt communes 19 annorum
alii sunt minores totidem lunacionibus
equalibus. ¶ Sed preter nunc dictas luna-
ciones sunt alie 6 lunaciones embolis-
males in 19 annis quarum lunacionum
quelibet est ex 30 diebus et secundum suppo-
sicionem nostram quantitatis lunacionis
cuiuslibet illarum maior est quantitate equa-
lis lunacionis quantum sunt 28 mi-
nuta et 8 secunda et 46 tercia et 10 quar-
ta et 12 quinta et 45 sexta et 58 sep-
tima et tunc ille 6 lunaciones embolisma-
les sunt maiores 6 lunacionibus equa-
libus nunc dictis minutis sexties
sumptis et hoc est 2 diebus et 48 minu-
tis et 53 secundis et 37 terciis et 1 quar-
tum et 16 [struck] quinta et 35 sexta et
48 septimis. Si igitur hos duos dies
et 48 minuta cum minutis sequentibus
[illegible] relinquuntur nobis 4 dies et 44 mi-
nuta et 49 secunda et 49 tercia et 49 quar-
ta et 49 quinta et 57 sexta et 50
septima. Et hec omnia posui supra
45 minuta quod non differunt ab il-
lis in aliquo sensibili. ¶ Patet ergo
quod maioritas 6 lunacionum embolisma-
lium restaurat diminucionem lu-
nacionum communium et ultime em-
bolismalis usque ad 4 dies et 45 mi-
nuta. Sed quolibet anno bissexti-
li additur dies integer super quantita-
tem communium lunacionum illius an-
ni. ¶ Igitur in 19 annis habentibus
tantum 4 annos bissextiles restauran-
tur 4 dies de diminucione lunacio-
num communium per 4 dies bissextiles
illorum 4 annorum et ita in illis 19 annis
per addicionem 4 dierum bissextilium et per
hoc quod addunt 6 lunaciones embolismales
super quantitatem totidem communium luna-
cionum restauratur tota diminucio
228 lunacionum communium et ultime lu-
nacionis embolismalis que aggregantur in
ultimo anno cicli usque 45 minu-
ta. Quibus 45 minutis 19 anni
habentes tantum 4 dies bissextiles sunt
minores 235 lunacionibus equalibus.
In 19 annis sequentibus habentibus 5 di-
es bissextiles 228 lunaciones com-
munes cum ultima embolismi dimi-
nuunt a totidem lunacionibus equalibus
quantum supradictum est et sicut supradic-
tum est. ¶ Et 6 lunaciones embolisma-
les addunt super totidem lunaciones e-
quales quantum et sicut supradictum est
et restaurant supradicto modo de dimi-
nucione lunacionum communium et ul-
time embolismalis a lunacionibus equali-
bus et 5 dies bissextiles perfecte re-
staurant totam diminucionem luna-
cionum communium et ultime embolismalis
et addunt insuper 15 minuta quod cum 4
dies bissextiles in prioribus 19 annis
cum superaddicione quam faciunt 6 luna-
ciones embolismales restaurent totam di-
minucionem lunacionum communium
et ultime embolismalis usque ad 45 minu-
ta necesse est quod 5 dies bissextiles cum
eadem superaddicione 6 lunacionum
embolismalium compleant totam predictam
diminucionem et addunt insuper 15 mi-
nuta quod unus dies continet 45 minu-
ta et insuper 15 minuta. hoc est mo-
do in secundis 19 annis restauratur per 5

dies bisextales et per superadditionem 6 lunationum embolismalium tota diminutio 7 et 8 lunationum communium et ultime embolismalis. Et insuper excrescunt tantum 14 minuta et isto modo fit in istis 19 annis. ¶ Igitur ista 14 minuta sic superaddita in tot 19 annis habentibus 4 dies bisextales penitus restaurant 61 minuta que non erunt restaurata in primis 19 annis habentibus tantum 5 dies bisextales. Item quatuor 19 anni et hoc est 76 anni penitus adequantur 940 lunationibus solis et totidem lunationibus equalibus secundum quantitatem quam oportet nos ponere lunationi equali in kalendario nostro. ¶ Loca autem positionis lunationum embolismalium in kalendario sunt sic nunc explananda. Prima lunatio de 11 embolismalibus cycli epactarum incipit in tertio anno cycli epactarum 5 nonas decembris binario significante primationem et terminatur eadem lunatio ultimo decembris die et est embolismalis in secundo anno cycli 19 quia ut predictum est cyclus epactarum incipit a septembri qui est ante ianuarium in quo tamen anno incipit cyclus 19. Unde inchoato tertio anno cycli epactarum in septembri adhuc durat secundus annus cycli 19 usque ad finem decembris. Et accidit hic semper quod due lunationes continue sunt 30 dierum scilicet dicta lunatio embolismalis et sequens lunatio ianuarii et si sit bisextus in februario sequente erunt 5 lunationes continue 30 dierum quelibet quia predicte due et lunatio februarii propter bisextum et lunatio martii. ¶ Secunda lunatio 11 embolismalium incipit 5 nonas septembris 4 significante primationem et terminatur in kalendis octobris et est hec lunatio in 6 anno cycli epactarum et in 4 anno cycli 19. Propter rationem predictam et accidit 2 lunationes continuas utramque esse 30 dierum scilicet lunationem septembris et hanc embolismalem. ¶ Tertia lunatio de 11 embolismalibus incipit 3 nonas martii 8 significante primationem et terminatur post nonas aprilis et est hec lunatio in octavo anno utriusque cycli. Totum vero quod est a ianuario septembris quod totum quod est a ianuario usque ad principium septembris semper est in eodem anno utriusque cycli. Totum vero quod est a principio septembris usque ad finem decembris est in anno cycli epactarum plus uno quam sit annus cycli 19. Et accidit hic semper 2 lunationes continuas esse utramque 30 dierum scilicet lunationem martii et lunationem hanc embolismalem. Et si sit bisextus erunt 5 lunationes continue quelibet 30 dierum ianuarii februarii et due sequentes. Et contingit hoc anno quod lunatio aprilis terminatur 4 nonas maii et lunatio maii 5 nonas iunii et lunatio iunii in kalendis iulii. Cum tamen lunatio cuiuslibet mensis terminari deberet in mense cui attribuitur. Sed hec regula hic fallit propter lunationem embolismalem predicto modo insertam. Preterea accidit in hoc anno quod regula de inveniendo etate lune in omnibus mensibus per epactam et regulares fallit in principio maii et iulii quod cum epacta 8 anni sit 11 et regularis maii sit 4 deberet luna per predictam regulam in primo die esse 19 et ipsa non est nisi 18. Item cum regularis iulii

sit .13. debet luna secundum predictam re-
gulam esse .30. et non est nisi .29. Et
quod regula de inveniendo etate lune
fallit in hiis duobus locis retinent
per hunc versum. Fallitur octavo cum ma-
io iulius anno. ¶ Januarius enim
bisextus in .11. anno utriusque ciclj in-
cipit .3. nonas januarij .11. signan-
te primacionem et finitur in kalendis
februarij et sic hoc anno luna-
tio ianuarij et emblismalis contine-
nt .30. dies et si sic bisextus erunt
.2. lunaciones continue quelibet .30.
dierum .1. scilicet decembris et lunacio februa-
rij et marcij. Et incipit hoc anno lunacio februarij
.6. nonas marcij et lunacio mar-
cij in kalendis aprilis et hoc anno fallit
regula de inveniendo etate lune primo
mo die marcij quia cum hoc anno sit
epacta .10. et regularis marcij sit .9.
debet luna esse .19. in primo die mar-
cij cum tamen ipsa sit .29. tamen si februarius
sit bisextus propter diem bisextilem computa-
tum erit luna in primo die marcij
.29. et non fallit tunc regula epactarum
et regularium. Et hanc fallaciam et
exceptionem fallacie retinent per hunc
versum. Si non sit bisextus fallit martem
decapitare. ¶ Et sciendum quod licet dies
bisextilis corrigit errorem predicte
regule sic tamen dies facit errorem de
inveniendo primacionem lunacionis
marcij quia cum omnis lunacio mar-
cij sit in scriptura marcij kalendarij .30.
dierum in anno bisextili si incipiatur
eius primatio ante diem bisextilem
ubi scribitur erit .31. dierum propter hoc
lunacio februarij precedens compu-
tatur .30. dierum propter diem bisexti-
lem sequentem et dicatur luna .30. u-
bi scribitur primacio lunacionis
sequentis et dicatur luna marcij pri-
ma in die que sequitur diem contra que
scribitur primacio marcij et hec
translatio primacionis que fit in anno
bisextili quando lunacio marcij incipit
ante diem bisextilem notari potest
per lineam protractam a numero signante
primacionem usque ad diem sequentem
et nisi esset hec translatio primacionis
falleret regula de inveniendo etate
lune cum premissione epactarum et regula-
rium in primo die marcij quando in an-
no bisextili incipit lunacio mar-
cij ante diem bisextilem. ¶ Similiter
lunacio decembris emblismalis incipit .4.
nonas novembris .19. anno cycli
epactarum et .13. anno cycli .19. .13.
significante primaciones et finitur in
kalendis decembris. Et accidit .2. lunacio-
nes continuas utrasque semper esse .30.
dierum lunacionem scilicet novembris et
emblismalem sequentem et hec quantitas
dierum attributa utrique lunacioni est
causa quare oportet scribere .2. numeros sig-
nantes .2. primaciones .4. nonas de-
cembris scilicet .2. et .13. cum enim .2. prius
occupavit illum locum si poneretur .13. in
kalendis decembris duplex error contingeret scilicet
quod emblismalis precedens esset .29. dierum tamen et
lunacio decembris .30. Contrarium eius
semper invenimus contingere. ¶ Sextus em-
bolismus incipit .4. nonas augusti in
anno utriusque cycli .16. eodem numero
significante primaciones et finitur pri-
die kalendas septembris et est hec lunacio
collecta ex superexcrescentia .11. dierum
in anno .14. licet interponatur ante an-
num .14. Ergo finis huius lunacionis
est in fine anni .14. Sancti convenienter hic po-
tuit interponi et annumerari in lunacionibus anni
.14. Dixi enim anni

·19· cycli epactarum esse emb[o]lismalem et
contingit hic lunacionem hanc embolis
malem et lunacionem sequentes continu
as utrumque esse 30 dierum. ¶ Septi
mus embolismus incipit 3 nonas marcii
·19· anno nonusque cycli eodem anno sig
nificante prima lunacionem et finitur 3 no
nas aprilis et contingit hic semper et lu
naciones continuas utrumque esse 30
dierum lunacionem scilicet marcii et em
bolismalem et si sit bissextus erit et con
tinue 30 dierum scilicet quelibet nunc dicte
et ianuarii et februarii precedentes. et quod
dicit hic quod lunacio aprilis terminat 6
nonas maii. et lunacio maii in kalendis
iunii. fallit quia est regula de inveniendo
etate lune in principio maii et au
gusti. cum enim epacta illius anni sit 19.
et regularis maii sit ·11· debuit luna
secundum hanc regulam incipit maii
esse 29. cum non sit nisi 28. et cum
regularis augusti sit ·19· debuit in
capite cuius luna esse secunda cum tamen
sit 3. quod est retinet per hunc verbum vl
timi augustum fallit. fallit quoque in maii.
¶ Pono autem tabulam de inveniendo
etate lune in capite cuiuslibet mensis.
Cuius tabule composicio est talis. Scrip
si in linea una descendente numeros
annorum cycli epactarum per ordinem ab i
nicio usque ad ·19· et in linea alia sini
striori que est prima linea tabule
scripsi epactas singulis annis conveni
entes e directo annorum quibus con
veniunt et in suprema linea transver
sali scripsi nomina ·12· mensium in
cipiens a septembri et in secunda linea
transversali posui singulos regulares
lunares e directo singulorum mensium
quibus conveniunt et posui a singulis

mensibus lineas descendentes et a sin
gulis annis et epactis suis lineas
transversales intersecantes lineas de
scendentes ad angulos rectos et in
angulo quolibet communiter respicien
te mensem unum et annum unum scrip
si numerum etatis lune incipientis men
sis quem respicit in anno cycli epac
tarum quem similiter respicit. Sed in secundo vel
decimo anno cycli epactarum in angulo
qui respicit marcium scripsi ·1· numerum
unum qui significat etatem lune in pri
mo die marcii in anno bissextili et
·l· bissext. gloss.
illi numero superposui ·b· litteram et alium nu
merum qui significat etatem lune in
primo die marcii in anno non bis
sextili. ¶ Cum ergo volueris invenire eta
tem lune in capite cuiuslibet mensis
per hanc tabulam sic vt ingrediaris in
tabulam cum mense dato et anno cy
cli dato sive epacta data. et numerus
qui occurrit in angulo communiter respi
ciente mensem datum et annum datum
est numerus etatis lune in primo die men
sis dati in anno dato. ¶ Incipiunt
autem lunaciones embolismales predicto
modo in predictis mensibus. Quia in
quibuscumque aliis locis incipere poneren
tur fieret eorum maioris falsitatis quam
nunc fiat in regula inveniendi eta
tem lune. vel in regula allegandi luna
ciones per 30. dies et 29. vel in re
gula ista. Impar luna pari et cetera.
vel in hac. Accensa luna datur et cetera vel
in pluribus istarum vel in omnibus. Capi
¶ Cyclus primacionum tulum nonum
secundum computacionem latinorum
revertitur post completionem ·19· an
norum qui sicut supradictum est vocatur
cyclus 19. et primo anno cycli signi

& numero addatur primus .8. et postea subtrahatur .19. quotienscumque numerus aureus precedens est maior quam .11. subtrahatur .11. et residuus

Cicl' lunari. Cicl' xix.	Cicl' epact.	Septembris	October	Nouembris	Decembris	Januarius	Februarius	Martius	Aprilis	Maius	Junius	Julius	Augustus
Regulares mensium.		5	5	7	7	9	10	9	10	11	12	13	14
1	0	5	5	7	7	9	10	9	10	11	12	13	14
2	11	16	16	18	18	20	21	20	21	22	23	24	25
3	22	27	27	29	29	1	2	1	2	3	4	5	6
4	3	8	8	10	10	12	13	12	13	14	15	16	17
5	14	19	19	21	21	23	24	23	24	25	26	27	28
6	25	30	30	2	2	4	5	4	5	6	7	8	9
7	6	11	11	13	13	15	16	15	16	17	18	19	20
8	17	22	22	24	24	26	27	26	27	27	29	29	1
9	28	3	3	5	5	7	8	7	8	9	10	11	12
10	9	14	14	16	16	18	19	18	19	20	21	22	23
11	20	25	25	27	27	29	30	29	30	1	2	3	4
12	1	6	6	8	8	10	11	10	11	12	13	14	15
13	12	17	17	19	19	21	22	21	22	23	24	25	26
14	23	28	28	30	30	2	3	2	3	4	5	6	7
15	4	9	9	11	11	13	14	13	14	15	16	17	18
16	15	20	20	22	22	24	25	24	25	26	27	28	29
17	26	1	1	3	3	5	6	5	6	7	8	9	10
18	7	12	12	14	14	16	17	16	17	18	19	20	21
19	18	23	23	25	25	27	28	27	28	29	30	1	3

rat motum solis a medio libre
usque in medium scorpionis. Post
totum novembrem qui mensurat
motum solis a medio scorpionis
usque ad medium sagittarii. Tan-
dem posuerunt ultimo loco primam
medietatem decembris qui mensu-
rat motum solis a medio sagitta-
rii usque in eius finem. ¶ Limbum
vero quadrantis diviserunt in
.90. partes equales scilicet in .90. gradus
qui sunt in quarta circuli altitu-
dinis descendentis a cenith capi-
tis usque ad orizontem. Et posuerunt

ad quoslibet .15. gradus unam horam
ut essent sex hore descripte in quadran-
te per quas haberi possent .12. hore
cuiuslibet diei. Sex videlicet ante meri-
diem precedendo et sex post meri-
diem recedendo. ¶ Et ut hee
hore haberi possent per instrumentum qua-
drantis ad situm omnis regionis
protraxerunt sex lineas circumferen-
tiales a recto angulo quadrantis
ad singulos .15. gradus limbi. Et
posuerunt centra istarum linearum
circumferentialium in linea recta
que est in latere quadrantis cui in-
sunt due tabelle perforate
per quas ipsi acceperunt altitudi-
nem solis. ¶ Et descripserunt in
protractione quadrantis que est supra
cursorem quadrantis unum distin-
guentem duo eius latera que concur-
runt super limbum cursoris per .12.
partes equales secundum divisionem um-
brarum ut per ipsum in hora qualibet
habeatur proportio cuiuslibet alti-
tudinis ad umbras suas. ¶ Et
partes lateris illius quadrantis que
concurrunt cum latere quadrantis
cui insunt tabelle perforate
sunt partes umbre recte. Partes
vero alterius lateris sunt partes um-
bre verse. ¶ Est autem umbra rec-
ta quam facit quelibet res erecta
super planum. Ubi gratia umbra tur-
ris. Umbra vero versa est quam
facit res quelibet eque distans
orizonti super altitudinem orecto
perpendiculariter insistentem. U-
bi gratia si a muro protrahatur stilus
ac super stilum irradiet sol ita quod
umbra eius directe descendat per-

tantum. Umbra eius inferius dicitur um-
bra versa. Quam idcirco versam nomi-
naverunt quoniam sicut umbre et mag-
sic' altitudinis quam umbre. ¶ Et
debes scire quod quantum umbra recta
minuitur tantum versa augetur et econverso. Et
quando umbra recta est maxima ut sole
oriente umbra versa est nulla. Item
quod quando umbra recta est nulla ut
sole existente supra summitatem capi-
tis ut contingit in meridie habitantibus
sub tropico cancri aut ultra, tunc
umbra versa est maxima. Quare
fit ut hee due umbre semper se habe-
ant opposito modo ad rem. Ita quod quando
altera est maior fit reliqua minor
et econverso. Et eadem proportione minor.
Aut cum una earum equalis est rei,
altera quoque equalis est rei. Ideoque
res quelibet est in medio loco proportiona-
lis inter suam umbram rectam et
versam. Volo dicere quod in omni ho-
ra proportio umbre recte ad suam rem
est sicut rei ad suam umbram ver-
sam et econverso, videlicet proportio umbre
verse ad suam rem sicut rei ad suam
umbram rectam. ¶ Posuerunt quoque
duas tabellas parvulas perforatas
super latus quadrantis in quo sunt cen-
tra horarum. Et fecerunt unam earum eque
distare alteri, et ambas perpendicula-
riter insistere lateri quadrantis cui
affiguntur. Et foramina earum fecerunt
equalia et eque distantia a radice ipsarum.
¶ Et posuerunt clavum unum parvum in
angulo quadrantis cui appenderunt
filum unum de serico habens in extremi-
tate aliqua plumbum coniunctum ad mo-
dum perpendiculi. Et in filo illo posue-
runt margaritam unam parvam que

possit per filum ipsum moveri a summo
eius usque deorsum.

Si vis scire altitudinem solis in
omni hora per quadrantem oppo-
ne quadrantem soli et fac radium eius
intrare per ambo foramina duarum ta-
bellarum perforatarum ita quod perpendicu-
lum libere descendat et adhereat
limbo quadrantis. Et nota locum per-
pendiculi in gradibus limbi. Quot enim
gradus abscindet perpendiculum ex lim-
bo quadrantis, tot gradibus ascen-
dit sol in illa hora. ¶ Si autem ve-
lis scire altitudinem lune aut alicuius
stelle fac ut videas eam per ambo
foramina dictarum tabularum et ad
illam horam abscindet perpendi-
culum ex gradibus limbi numerum gra-
duum altitudinis lune aut eius
stelle. ¶ Si vis scire in quo signo
aut in quo gradu illius signi sit
sol pone perpendiculum super diem men-
sis in quo fueris. Et considera ubi ab-
scindit perpendiculum circulum signorum
et super quem gradum aut super quam
partem. Et in illo gradu aut in illa
parte illius signi erit sol. ¶ Si vis
scire declinationem solis hoc est dis-
tantiam eius ab equinoctiali circulo et
utrum declinatio eius sit septentriona-
lis aut meridionalis pone primo per-
pendiculum supra primum punctum
sive principium arietis in cursore. Et
nota locum eius in gradibus limbi.
Deinde pone secundo perpendiculum super
diem mensis in quo es et nota se-
cundum locum eius in gradibus limbi et consi-
dera numerum graduum inter primum lo-
cum et secundum locum. Et secundum numerum il-
lum erit declinatio solis ab equatore. Et si

locus sedis fuerit versus principium can-
cri erit declinatio solis septentrionalis.
Si autem versus principium capricorni
ipsa erit meridionalis. ¶ Si vis scire
horas diei in omni regione in qua
fueris per quadrantem scito latitu-
dinem regionis illius quot graduum
fuerit et computa tot gradus in limbo
quadrantis incipiendo a latere qua-
drantis super quod infixe sunt tabule
perforate et ubi numerus ille terminabitur
pone perpendiculum et gira cursorem
quousque principium arietis cadat
sub ipso perpendiculo et hic situs cursoris
erit perpetuus in quadrante in illa
regione in qua fueris. ¶ Vel aliter in-
venies situm cursoris in regione
in qua fueris. Sume in regione in
qua fueris altitudinem solis in meri-
die et nota locum perpendiculi in gra-
dibus limbi et manente perpendiculo
in situ illo gira cursorem quousque
dies in qua sumpsisti altitudinem
meridiei cadat sub perpendiculo et in
situ illo dimitte cursorem. Iste enim
est situs eius in regione in qua es.
¶ Cum ergo volueris scire per hoc horas
diei pone perpendiculum super diem
in quacumque hoc scire volueris et mo-
ve margaritam in perpendiculo quo-
usque cadat super circumferentialem li-
neam sexte hore. post hec sume al-
titudinem solis et nota locum marga-
rite in horis. Ipse enim locus osten-
det quot hore de die transierunt
si est ante meridiem vel quot sunt
future si est post meridiem. ¶ Si vis
scire altitudinem solis in meridie
cuiuslibet diei pone perpendiculum super
diem illum et nota ubi abscindit gra-
dus in limbo. quot enim illorum gra-
duum erit altitudo solis in meridie
illius diei. ¶ Si vis scire quantum
ascendat sol vel quanta altitudine
sol abscindat in qualibet hora cu-
iusque diei. dispositis prius curso-
re et margarita. Cursore quidem
ad situm illius regionis margari-
ta vero ad situm illius diei, pone per-
pendiculum in tali situ quod margari-
ta cadat super illam horam ad quam
vis scire altitudinem solis. Perpen-
diculum enim abscindet ex gradibus
limbi altitudinem solis illius diei
ad illam horam in illa die. ¶ Si vis
scire quantum plus aut minus ascen-
dit hodie sol quam in alia qualibet die
pone perpendiculum super utrumque diem.
et considera numerum graduum limbi inter
duo loca super que perpendiculum abscin-
dit limbum et tot gradibus plus
ascendit sol in illa die si vergit
ad caput cancri, quam in illa que ver-
git ad caput capricorni. ¶ Si vis
scire proportiones umbrarum ad suas
altitudines. Sume altitudinem so-
lis et considera locum perpendiculi in al-
tero duorum laterum quadrati.
et considera numerum punctorum loci in quo
cecidit. et hic numerus punctorum erit
punctorum numerus umbre. Recte quidem
si cecidit perpendiculum super secundum latus
quadrati umbre. verse autem si
cecidit supra primum latus. ¶ Si
autem ex umbra versa volueris e-
licere rectam per numerum punctorum um-
bre verse divide 144 et quod exi-
erit erit numerus punctorum umbre rec-
te. Consimiliter invenies umbram
versam per rectam. videlicet si divisis

.12. p num punctorum umbre recte
exibit tibi in diuisione inis puncto
rum umbre verse. ¶ Si uis scire
altitudinem alicuius turris aut cui
libet alterius rei sole apparente sume
num punctorum umbre recte per qua
drantem et mensura in illa hora um
bram turris cuius vis altitudinem in
uenire. et quot vel quot peruenerit in
mensura multiplica per 12. et pro
ductum diuide per num punctorum um
bre. et quod euenerit erit altitudo turris
secundum mensuram qua mensus fuisti
umbram eius. ¶ Si uis scire alti
tudinem turris per quadrantem sole
non apparente fac ut videas summi
tatem turris per ambo foramina
duarum tabularum perforatarum et considera
locum perpendiculi super alterum duorum
laterum quadrati. et si ipsum ceciderit su
per latus umbre recte sume ipsa ea
dem puncta umbre que perpendiculum
abscindit ex eo. Si autem ceciderit per
pendiculum super latus umbre verse per
num ipsorum punctorum diuide .12. et
quot vel quotque euenerit sume. Deinde
mensura distantiam inter te et turrim
in hora considerationis et quot fuerit
in distantia multiplica per 12. et pro
ductum diuide per num punctorum um
bre prius sumptum et super id quod
euenerit adde quantitatem tue alti
tudinis et quod aggregabitur erit alti
tudo turris. ¶ Si autem vis scire
altitudinem turris inaccessibilis per
quadrantem fac ut videas summi
tatem turris per ambo foramina et
quere ad illum situm numerum punc
torum umbre recte et pone signum in
loco considerationis. Deinde elonga te

a turri aut appropinqua ei secundum si
tum linee recte et considera iterum su
mmitatem turris per ambo foramina.
et quere numerum punctorum umbre rec
te ad hunc situm secundum et pone sig
num in hoc loco considerationis et
mensura quid sit inter duo sig
na et subtrahe minorem numerum du
orum numerorum punctorum umbre rec
te de maiori. et serua differentiam in
ter eas. et distantiam inter duo
signa multiplica per 12. et productum
diuide per differentiam punctorum umbrarum
prius seruatam et ei quod euenerit su
peradde quantitatem tue altitudinis.
et quod aggregabitur erit altitu
do turris. ¶ Per hec que dicta sunt
si eis studiose intendis inuenire
poteris profunditates quaslibet et
planicies. ¶ Sunt autem alii
modi inuestigandi altitudines
rerum absque quadrante. Quorum vnus
est qui ex sexto geometrie ... habetur.
¶ Hec de practica quadrantis
causa introductorum breuitatis dic
ta sufficiant. ¶ Explicit

Anno domini
.m. cc. lx. incepit hec tabula
Iohannis sacerdotis canonici ecclesie
dei de arewilre. que distincta est
per rufas et nigras litteras alpha
beti. Incepit inquam cum .d. nigra
et cum luna .xij. et cum bisexto
qui notatur per quatuor rufos punc
tos circa predictam .D. positos.
et deinceps circa quamcumque litteram
illos punctos inueneris. ibidem
bisextus erit. ¶ Et nondum quod post
...tum .D. et quibus sequentes littere per
ordinem totius table demonstrat

thac

ſliu lune											ſliu table
vij	d	7	i	a	v	e	d	r	h	h	x
xviij	n	e	7	i	a	o	e	d	r	b	xx
vij	x	n	c	s	i	g	o	f	d	k	xxx
xviij	b	y	f	c	s	c	g	o	f	t	xl
ix	k	b	y	g	c	s	e	f	o	b	l
xix	t	l	f	p	g	i	l	c	z	h	lx
x	b	t	l	e	p	g	i	m	c	z	lxx
i	h	a	t	d	e	q	a	v	m	d	lxxx
xi	q	h	a	n	d	e	q	a	v	m	xc
ii	d	r	h	h	n	e	7	i	a	x	c
xii	e	d	r	b	h	n	e	s	i	a	x
iii	o	f	d	r	b	y	n	c	s	k	xx
xiii	g	o	f	k	r	b	y	g	c	s	xxx
iiii	c	f	o	f	t	l	b	y	g	b	xl
xiiii	s	c	f	p	b	t	l	e	p	g	l
v	i	m	c	z	h	a	t	l	e	q	lx
xv	g	i	m	d	z	h	a	v	d	e	lxx
vi	q	a	v	m	d	r	h	a	n	e	lxxx
xvi	e	q	a	x	m	d	r	i	h	n	xc
vii	e	÷	i	a	x	f	d	r	b	g	cc
xvii	n	e	s	k	a	o	f	c	r	b	x
viii	y	o	c	s	k	f	o	f	k	l	xx
xviii	b	y	g	b	s	c	f	p	f	t	xxx
ix	l	c	y	g	b	t	c	f	p	a	xl
xix	t	l	e	q	g	i	m	d	z	h	l
x	a	v	l	e	q	h	i	m	d	7	lx
i	b	a	v	e	e	q	a	x	m	d	lxx
xi	r	i	a	n	e	d	q	a	x	f	lxxx
ii	d	r	i	g	n	e	÷	k	a	x	xc
xii	f	c	r	b	g	o	e	s	k	f	ccc
iii	o	f	c	l	b	y	o	b	s	k	x
xiii	f	p	f	k	l	c	y	g	b	t	xx
iiii	c	f	p	a	t	l	c	q	g	b	xxx
xiiii	t	d	f	p	a	v	l	e	q	h	xl
v	l	m	d	7	h	a	v	e	e	q	l
xv	h	h	m	d	7	i	a	v	e	d	lx
vi	q	a	y	n	d	r	i	g	n	e	lxx
xvi	d	k	a	y	f	c	r	i	g	o	lxxx
vii	e	÷	k	b	x	f	c	s	b	g	xc
xvii	o	b	s	k	f	p	f	c	l	c	ccc

ſliu lūe											ſliu table
viii	y	o	b	t	k	f	p	g	k	l	x
xviii	c	z	g	b	t	d	f	p	a	v	xx
ix	l	c	q	h	b	t	d	e	p	a	xxx
xix	v	m	e	q	h	h	m	d	7	i	xl
x	a	v	e	d	q	h	h	n	d	7	l
i	i	a	v	e	d	r	a	x	n	c	lx
xi	r	i	g	o	e	d	k	b	x	f	lxx
ii	c	s	i	g	o	f	÷	k	b	y	lxxx
xii	f	c	s	c	g	o	b	t	k	f	xc
iii	p	g	c	l	c	z	o	b	t	l	d
xiii	f	p	g	i	l	c	z	h	b	t	x
iiii	d	e	p	a	v	m	c	q	h	a	xx
xiiii	t	d	e	q	a	v	m	d	q	h	xxx

v h n. Hic revertitur ad principium. 7 duo- i inferius singulis annis die pasche sub hac forma. Decem rubeas litteras alphabeti legendo deorsum de k usque ad a quas in ultimis decem diebus marcii scribe ab xi kalendas aprilis. ibidem est crastinum benedicti 7 primum pascha. usque ad ii kalendas aprilis. utrobique inclusive. 7 ubicumque in ter eas litteram inveneris die pasche celebrabitur. Item xxv nigras litteras secundum ordinem totius alphabeti ab a usque ad ÷ quas a kalendas aprilis usque ad vii kalendas maii. ibidem est festum marci evangeliste 7 ultimum pascha. 7 maior littera. 7 ubicumque nigram litteram inveneris die pasche celebrabitur. Item sciendum quod inter primum pascha quod est in crastino benedicti 7 ultimum quod est in die marci evangeliste utrobique inclusive. sunt quinque septimane. unus dies. Postremum marci [illegible] primum tamen benedicti. hec inclusive distinguntur septimana quinque. Item in considerando quod in sinistra parte table posita rubeas lunas

hec .i. [illegible] 7 ultimum pascha

in singulis annis per totam tabulam.
In dextra uero numerat annos
tabule. Et sciendum quod quicumque
presentem tabulam de nouo scribere
uoluit. ipsam incipere poterit in quocumque
anno placuit. dummodo nouos
lune et nouos table scribat si
ne errore.

Anno milleno. duo. cc. sex.
cepit origo. Presentis table.
cum bissexto. D. quod nigro. Luna
sicut anno septena fuit memo
rato. Hanc tabulam rufa fuci
unt et littera nigra. Iste colori
menses monstrant menses. et littera
paschi. Est martis rufa. sed a
prilis littera nigra. Post table cur
sus petit sui fine recursus. Pas
cha tenet tantum duo menses. mars
et april. Mars bis quinque dies pos
tremos pascha tenentes Seruat.
April primos bis denos quinque dat
istis. Sic sunt quinque dies ter de
ni pascha colentes. vel tenentes.
Leua docet lapsos annos. et dextra
futuros. Dat lune leua nouos.
table quod dextra. Ebdomade de
ne septem quod dies quod bini vel trini.
Sunt inter natale dei festum quod mar
ci. Septem deponas. fit huius
tibi postera crescentis. Omnibus
in reliquis pasche facias ita festis.
Ebdomadas denas seruat. festis quod tenuis.
Posita maior habet. binos sex. quinque
dies quiete. Sabbato post undenas aprilis
pascha kalendas. et post septenas maij
nequit esse kalendas. et sic secundum martij
nec pascha colit undenum.

Andree festo uicinior ordine
quouis. Aduentum domini prima

colit feria. Quatuor ebdomadas ad
uentus maximus implet. Cum tribus
ebdomadis minimus luce tenet
unam. Maximus aduentus minimum
precit imediate. Si bissextus erit
minimo lux addit una. Sicut se
nulat presens lux proxima xpo.
Tot tenet aduentus ferias. post
ebdomadas totas. Bissextum quarte
dat xpi quolibet anno. Bissex
tum sexte martis tenuere kalende. Festum
mathie bissextum debet habere
inde retine. Menses bis senos
obseruat quilibet annus. ja. fe. mar.
ap. mai. iun. iul. au. sep. o. no.
de. Quinquaginta due sep et
una dies faciunt annum. Sexaginta
dies habet annus quilibet trecentos.
Post martis nonas ubi sit noua
luna requiras. Iu dies domini ter
cia pascha dabit. Dat crux.
lucia. cineres. karismata dyawr. ut
sit in angaria quarta sequens feria.
Octo tenet ydus menses generaliter
omnis. Sunt quod datas reliquis diuersa
lege tenentes. In uano uariat
litteram luna quod semper. Littera mutatur quando
bissextus habet. Bissextum fiat
hoc quod sexto bis recitatur. Festo
mathie luna permite manente.

Sciendum quod quotienscumque in tabula
inuenitur k uel c rufum. e. m. l.
t. nigrum. totiens contigit feriam
sextam esse in die natalis xpi. unde
rufus k uel c rufum. e. uel m. l.
t. quod nigrum. ostenditur ferias in
natali fore sextas. Item quotiens
cumque inuenitur in tabula F rufum.
b. i. q. uel z nigrum. totiens contin
git dominicam esse in uigilia natalis

dnī· vñ uſus· mōſtrāt F rubū· b·
ul'· i· q· ul' zeta nigrā· ſlocti'b' in
xpī p̄mas ſtās celebrari· ¶ Itē nōn
dū· q̄ ut, quoq; iſtoꝝ ꝯtig̃ ī tota
tabula ſeptuagies ſepties· ¶ Itē
ſciēdū q̄ ſepe dcā tabl'a ꝯtinet
quīgētās ꝛ t̃giīta duas līās· quaꝝ
qlibʒ p ordīnē ī ſingul' ānis
oſtendūt diē paſche· vñ ū ſus·
Poſt table curſus perit ſui fīe
recurſus· id ē recurrit a fine
ad pncipiū table· ¶ Itē ſciēdū
q̄· xxxv· ſt poſtiores līemes·
q̄ tot ſūt dies q̄ recipiūt diē
paſche ī diūſis ānis· ſc̄ꝫ nōꝫ· x· ſt
in fine mrtij· ꝛ· xxv· ī pncipio
apul'· vñ uſ'· Ter denas līemes
quinas die poſtiores· Tot ſt nā
q̄ dies paſchalia feſta tenētes·
¶ Itē nōndū· q̄ ſeptē ſt aduēt'
quos mōſtrāt ſeptē fīe q̄ ca
dūt ī uigiliā natal' xpī ī diu
ſis ānis· quia ad nūm quaꝝli
bet illaꝝ appone tres ītegras
ſeptianas· ꝛ ſic ſp̄ hēbis aduen
tum· vñ uſus· Aduent' ſeptem
fīe mōſtrāt tibi ſeptē· Que ſīg
aduenīūt ī xpī nocte locatū·
¶ Itē ſciendū q̄ cicl' lūaris dcē
nouenalis dicit̃· q̄ īcipit ab
unitate ꝛ aſcend' ad· xix· ꝛ iñ
redit ad unitatē· vñ uſus· De
nas ꝛ nonas dicas tantū fore
lunas· ¶ Itē ſciendū· q̄ quotieſcūꝙ
c· l· ſīn biſſexto· vel k nigrā cū
biſſexto īueniūt ī tabl'a· toci
ens ꝯtigit feſtū mathie eē ī die
cinerū· ꝛ tūc ieiunādū ē ī uigilia·
vñ uſus· L· ſīn biſſexto cineres teñ
atq; mathiā· ꝛ cū biſſexto k nigrā
mōſtrant id ipſū· ¶ Itē ſciend' q̄ in
ſingul' ānis uariāt' ī ianuario
lrē ſtales ꝛ nūs lūe· vñ uſ'· In ia
no uariāt lrā lūa q̄ ſp̄· ¶ In āno
biſſextili uariāt lrē ſtales ī die
ſcī mathie· ſlacq; ibidē ē loc' biſ
ſexti· Sʒ nūs lūe ū uariat ibi·
vñ uſ'· Lrā mutat q̄n biſſext'
habet ī feſto mathie· p̄cedes lūa
manebit ¶ Itē quotieſcūq; G ru
brum īuenit̃ ī tabl'a· tocies ꝯti
git diē paſche ī āūtiatōe bte + eē
marie vgīs· vñ uſ'· G rubū paſ
che feſtū tenʒ atq; marie· ¶ Item
quotieſcūq; iuenit a· nigrā ī tabl'a·
tocies ꝯtigit diē paſche eē ī kl'is
apul'· ꝛ āūtiatōem eē ī die pal
maꝝ· vñ uſ'· A· nigrā inigit apl'
paſcha kl'is· palmaꝝ q̄ diē locat
feſtū q; marie· ¶ Itē ſingl'a ꝛ p
totā tabulā mōſtrāt diē paſche
eē ī die georgij mrtiris· ꝛ ſingl'a
ē mōſtrāt diē paſche eē ī die mr
ci euāgl'e· vñ uſ'· ē feſtū mrci de
mrat· ꝛ georgij· ¶ Itē ſingl'a· t· ni
gra p totā tabulā mrāt ſtam
ſextā ſeptiāne q̄ dr̄ bannaſtē eē
ī die mrci euāgl'e· vñ uſ'· Bannaſ
te marci ſolʒ· t· ꝯiūgē nigrā ¶ Itē ſigl'i
k rubea p totā tabulā mrāt p̄
mū paſcha· q̄ ē ī craſtino bndci·
ꝛ ſingl'a ꝯmrāt ultimū paſcha
q̄ ē in die marci ewāgl'e· vñ u
ſus· ē paſ poſtremū k rubꝫ dat
tibi p̄mū· ¶ Sciendū ē q̄ ī ſin
gul' annis añ diē paſche p̄cedā ē
poſtior līēs· ꝛ aduent' dnī p̄cedit'
eſt poſt diē paſche· vnde uerſus·
Poſterior p̄cedit līems paſchalia
feſta· Aduentus dnī ſemper ſolet
hec imutari· ¶ Explicit.


umbra uersa

Liber iste divi^d^ i̅ p̄hemiū ⁊ tractatū · qui i̅cipit ibi · Est igr̄ quadrās. p^s^ i̅ · duas ptes · p^o^ p̄mittit divisionem geometrie valentem ad p̄positum suū · s^o^ dat modū pcedendi · ibi · Tractatū igr̄ · Est igr̄ quadrās. Hec p̄s continuatur i̅ · d · q̄ docet cōpositionē quadrantis. s^o^ utilitatem eius ibi · Dicto de cōpōe ·

Geometrie due **Incipit** sunt spēs l' ptes **quadrās** theorica ⁊ practica. Theorica est q̄ solum mentis speculatōe quātitates · pportōes · ⁊ earū mēsuras intuetur. Practica est q̄ aliqui^s^ rei quantitatē ignotam expimēto sensibili l' mēsurabili mēsurant^s^. Mensuratōis āt artificialis q̄ practica dr̄ tres sr̄ spēs. altimetria · sterionetria · planimetria · Altimetria est q̄ solā rei altitudīs longitudinē q̄rim^s^. Planimetria ē q̄ rei latitudinē q̄rim^s^. Sterionetria ē q̄ longitudinē · latitudinem · ⁊ pfunditatē investigamus. Primo in mēsuram^s^ lineare dimēsionē · Scdō in supficialē dimēsionē. Tercio in corporalem dimēsionē. Tractatū igr̄ istū in quo docebim^s^ om̄ rerū mēsuras cognoscere · scdm̄ q̄ ad introductōem artis ptinet i̅ duas partes dividim^s^. Sed in prima pte tractabim^s^ de quadrantis cōpōe dcā a quarta pte circuli quā cōtinet. In scdā pte de ope q̄ p ipm̄ exercetur. et de utilitatibus eius.

Hec ē p̄s executiua p̄ notificat q̄ sit quadrans.

Est igr̄ quadrās quoddā i̅strumētum quartā ptē circuli · ⁊ quasdam linearū rectarum ptractōes cōtinēs · p q̄ possim^s^ gradū sol' ⁊ eius declionem · ⁊ stellarū altitudīes accipe · horas t̄pis discernē · rerū altitudinē · civitatū distātias · terrarū longitudinem · puteorū pfunditatē invenire.

Scdō docet figurationem ⁊ tabule quadrantis v̄ ad modū i̅ eo q̄rta pte circli posita ē · ⁊ hoc cōtigerit ibi.

Fiat igr̄ quadrās hoc m̄ · Accipiat^r^ igr̄ materia enea · l' lignea · ul' auricalcea · Dein̄ reducat^r^ ad formā quarte partis circuli · Dein̄ fiat circul^s^ i̅ aliqua tabula ul' mat'ia plana · cui^s^ quarta adequet^r^ quadrāti · ⁊ illi^s^ circli accipiatur rectissime quarta p̄s cū centro · ⁊ scdm̄ illi^s^ quātitatē fiat q̄drās. ⁊ infra latā quadrātis dimittat^r^ spaciū p̄uū ex om̄i pte ptrahēdo duas lineas rectas cōstituētes angulum omnino rectū · ⁊ infra angulū quadrātis · qui angul^s^ voce^r^ a · ⁊ fiat q̄ hāc artē · ptrahat^r^ una linea subtilis ab āgulo quadrātis b · ad angulū c · ⁊ dividat^r^ i̅ duas ptes ēq̄les · ⁊ i̅ pūcto medie divisiōis ponatur pes circini imobilis · ⁊ ali^s^ pes extendat^r^ ad aliquē pūctū iuxta · a · a quo pūcto tu vis ptrahe lineas rectas iuxta latā quadrātis · q̄ infra se debēt includere quartā ptē circuli · ⁊ extenso pede circini mobilis ad illū rectū · postea q̄ illū situ moueat^r^ usq̄ b ⁊ c · ⁊ sic signet^r^ loc^s^ i̅ linea subtili iā protracta · ubi pes circini mobilis tangit illā lineā · ⁊ a pūcto iā dcō iuxta a usq̄ ad pūctū cōtactuū iuxta b ⁊ c ducātur due linee · ⁊ includēt īfra se superius iuxta āgulū rectū unā ptē quartā ptē circli · ⁊ ptrahēdo unā lineam circulferentialem · q̄ cōtineat quartam ptē rectissime uni^s^ circuli · Et illa p̄s inferior quadrātis · ubi est illa linea circulferentialis voce^r^ limb^s^ · ⁊ ille due alie ptes extreme vocētur latā quadrātis · ⁊ sup latus quadrātis dextrū due p̄ue tabule erūt eque distātes ab extremitatib^s^ latis · ⁊ sīt pforate p̄uis foraminib^s^ ēq̄ distātib^s^ linee a c descendenti. Sīt infra lineā circulferentialē inferiorem scilz · b · c · protrahant^r^ due linee circlares ēq̄ distātes · int' quas dimittant^r^ aliquātula spacia infra q̄ scribi possīt in inferiori

Hic de due ⁊ ... scripte limbi

Illud in ordinatu[m] e[st] i[n] figu[ra]. qua[m] h[ic] dic[itur] q[uod] menses ordinati s[unt] i[n] extremitatib[us] cursoris. s[icut] ianuar[ius] & decemb[er]. q[ui] complere i[n]cipi n[on] possu[n]t. si e[st]ent i[n] medio cursoris & remanent spacia i[n] lateribus cursoris uacua. Signa aut[em] s[unt] i[n] medio cursoris q[ue] d[e]bent ee in extremitatib[us].

spatio iuxta limbu[m] gradus. & i[n] superiori
illis graduu[m]. ut patebit i[n] figura. & linea
inferior scilicet. c. b. diuidat[ur] i[n] duas partes equales.
& a puncto diuisionis scilicet. e. usque ad. a. pro
trahat[ur] linea recta diuidens quadran
tem i[n] duas partes equales. & quelibet ista[rum] partium
linee. c. b. diuidat[ur] i[n] noue[m] partes equales.
In quo quelibet pars primo diuidatur i[n] tres.
& q[ue]libet illa[rum] partiu[m] i[n] alias tres. & linee
diuisionu[m] protrahantur a linea circu
lari inferiori ad linea[m] superiore[m] transeuntes
occupando duo spacia int[er] circulos co[n]
tinentia. 18. spatia i[n]ferius & limbo. & q[ue]libet
diuidat[ur] p[er] quinque grad[us] equales. & protra
hant[ur] linee diuisionu[m] ab inferiori linea
circulari ad alia[m] circulare[m] sequente[m]
primu[m] spaciu[m] occupando. & erunt. 90.
grad[us]. Tot eni[m] debe[n]t ee i[n] quarta circu
lus circuli. & istud spaciu[m] sic distinctu[m]
p[er] grad[us] uocamus limbu[m]. ¶ Conseq[ue]n
ter dimittatur spaciu[m] ad quantitate[m]
duo[rum] digito[rum] & dimidij. vel prope illud
& protrahat[ur] linea circularis distingue[n]s
spaciu[m] a superiori. & uocet[ur] illa linea
. f. g. & linea illa diuidat[ur] i[n] sex partes eq[ua]
les. & uocent[ur] puncta diuisionum ita q[uod] co[n]g
noscant[ur]. & uocentur. h. i. k. l. m. n. &
tu[n]c ponat[ur] quadrans i[n] tabula plana.
& talit[er] figat[ur] cu[m] clauis. q[uod] n[on] mone
atur de loco de facili. Tunc alia ta
bula co[n]iungatur ei i[n] equali superficie i[n]
puncto. c. Ita q[uod] linea a c possit protra
hi in co[n]tinuu[m] & directu[m] i[n] illa tabula usq[ue]
. c. & tu[n]c ponat[ur] pes un[us] circini in
puncto. a. & ali[us] pes extendat[ur] i[n] li
nea a c ext[ra] quadrante[m]. & signatur
punctus i[n] alia a c ext[ra] quadrantem
donec pes ext[re]m[u]s i[n] puncto a fiat mo
bilis. & transeat directe p[er] puncta a h.
¶ Contra signatur punct[us] i[n] linea ult[er]i[us] a.

donec alius pes circini mobil[is] transeat
p[er] puncta. a. i. circuli. & itera[rum] vestigat[ur]
pes circini. & signatur ali[us] punct[us] in dicta
linea uers[us] a. donec alius pes mobil[is]
transeat p[er] linea[m] scilicet. a. k. & sic fiat
sp[er] quere[n]do punctu[m] ult[er]ius. a. ~~donec pes
alt[er] mobil[is] transeat p[er] linea[m] scilicet. a. k.
& sic fiat sp[er] q[ue]rendo punctu[m] ult[er]ius. a.~~ in
linea a. c. donec sex linee circu[m]ferenti
ales protrahant[ur] a puncto a ad sex puncta. videlicet
~~. h.~~ h. i. k. l. m. n. & iste linee hora[rum]
dicu[n]t[ur]. q[uia] p[er] has accipiu[n]tur hore die
ru[m] artificialiu[m]. ¶ Contra d[e] de cur
sore. qui sic fit. Fiat q[ue]da[m] concauitas in
spacio intercepto int[er] lineas circuli i[n] lim
bo inferiori. b. c. & int[er] linea[m] circulare[m] su
perius. q[ue] uocat[ur]. g. f. & i[n] illa concaui
tate insituet[ur] q[ue]da[m] tabula. q[ue] currat. &
moueat[ur] i[n] illa concauitate. a tio ad ter
minu[m]. Illa u[er]o tabula h[ab]eat i[n] longitu
dine. 23. grad[us] i[n] limbo. & si h[ab]eat
plus. h[oc] erit de b[e]n[e] ee cursoris. & no[n]
de ee. In latitudine aut[em] diuidat[ur] in
duas partes equales. cu[m] quibusda[m] lineis
circularib[us]. Contra longitudo cursoris
diuidat[ur] i[n] duas partes equales p[er] lineam
recta[m] protracta[m] p[er] tota[m] longitudinem
eq[ue] distante[m] ab extremis. & sit ex
tremitas cursoris dextra. p. & sinist[ra]
. s. & linea media uocet[ur]. q. r. Ita q[uod]
superius sit. q. & inferius. r. Tunc scie[n]
du[m] est. q[uod] tria spacia inferiora i[n] longi
tudine cursoris. & tria spacia superio
ra. co[n]tinebu[n]t duas medietates zo
diaci cu[m] signis & gradib[us]. & n[umer]o gra
duu[m]. & sex spacia intermedia co[n]tine
bu[n]t duas medietates an[n]i cu[m] me[n]
sib[us]. dieb[us]. & n[umer]o die[rum]. Que q[ui]de[m]
due medietates an[n]i responde[n]t du
ab[us] medietatib[us] zodiaci. Nam in

Hic agitur de positione et situ signorum in cursore

una medietate anni movetur sol per primam medietatem zodiaci, et in alia per aliam. Et ita istis duabus medietatibus respondent sex inferiora spacia et sex superiora. ¶ Modo sequitur incipiendum est ponere signa in tribus spaciis inferioribus et in tribus spaciis superioribus. Et primo incipiendum est ponere arietem in duabus lineis inferioribus iuxta lineam mediam que est versus p. Et ponatur linea media cursoris super principium alicuius gradus in limbo, et computentur tres gradus et dimidius in limbo, quia tanta est declinatio solis in ariete. In fine istius gradus et dimidii ponatur una pars regule, et alia pars super punctum a, et protrahatur una recta linea occupans tria spacia inferiora et tria superiora. Et ita spacia duo respondent duobus signis, inferius arieti et superius virgini. Postea in fine istius gradus et dimidii computentur octo gradus et dimidius, et ibi ponatur regula sicut prius, et protrahatur linea in tribus inferioribus spaciis et in tribus superioribus. Et erunt duo spacia aliorum duorum signorum, scilicet tauri et leonis, quia illorum erit eadem declinatio. Et tunc in fine cursoris versus p inter lineas iam protractas et illum finem erunt duo spacia duorum signorum, scilicet geminorum et cancri. ¶ Contrario fiat divisio a linea in alia parte cursoris, scilicet ita quod primo dimittatur spacium duorum graduum et dimidii inferius et aliud superius, et in istis duobus spaciis scribantur duo signa, pisces inferius et libra superius. Postea alia duo spacia per quantitatem .8. graduum et dimidii, in quibus scribantur alia duo signa, scilicet aquarius inferius et scorpio superius. Et in ultimis duobus spaciis scribantur alia duo signa remanentia.

Erunt scilicet .8. gradus et [illegible] graduum

vel sic. Item in duobus spaciis [scilicet per quantitatem] octo graduum et dimidii ponantur alia duo signa, scilicet aquarius inferius et scorpio superius. Postea [in ultimis duobus spaciis] alia duo signa remanentia, scilicet capricornus inferius et sagittarius superius. Et quodlibet spacium de tribus inferioribus spaciis respondentibus signis dividatur per .30. gradus, ita quod gradus scribantur inferius et numerus graduum superius, et super numerum graduum nomina signorum. Et erunt tria spacia inferiora occupata et tria superiora, et remanent sex spacia intermedia, in quibus scribantur duodecim menses. Hoc autem fiat sic. ¶ Videatur in tabula in quo gradu capricorni incipiat ianuarius, et super illum gradum ponatur regula et super punctum a, protrahatur una linea tria spacia occupando que sunt super tria spacia inferiora. Postea videatur in eadem tabula in quo gradu aquarii incipit februarius, et super illum gradum ponatur unum caput regule et aliud caput super punctum a, et protrahatur alia linea occupando ista tria spacia eadem. Et in spacio intercepto inter illas tres lineas protractas per illa tria spacia scribatur ianuarius in superiori spacio illorum trium, et in inferiori ponantur dies mensis dies ianuarii, et in spacio medio numerus dierum. Unde videndum est si mensis habeat .30. dies, tunc dividatur in sex partes equales, et quodlibet spacium dividatur in quinque dies, et erunt .30. Si vero mensis contineat .31. dies, tunc primo dimittatur spacium unius diei per estimationem propinquam veritati, et residuum spacium dividatur in sex spacia, et quodlibet illorum sex in quinque, sicut prius. ¶ Contrario videatur in eadem tabula in quo gradu piscium incipit martius, et super illum gradum et punctum a ponatur regula, et protrahatur linea sicut prius, et erit

Hic dat modum scribendi menses in cursore et per [illegible] linearum interceptionem [illegible] numerum mensium dierum [illegible]

vel dies mensis

vel numerus dierum mensis

Quod numerus [illegible] debeat

Dicto de compositione... [illegible] de utilitatibus quadrantis. et [illegible] de astronomicis [illegible] geometricis ... Inter [illegible] 4 partes. [illegible] docet capere altitudinem solis vel alterius rei per quadrantem et mediante ea tenendi. [illegible] docet invenire locum solis. et hic duplex. [illegible] Si vis scire declinationem. [illegible] docet invenire declinationem solis. et hic duplex. Si vis scire latitudinem. [illegible] docet invenire regionis latitudinem. Si autem vis scire [illegible] docet horas diei invenire. duplex. Si autem vis scire horas.

spacium in quo scribetur februarius. qui solum 28. dies habet. unde patet divisio in quatuor spacia equalia. quorum quodlibet tenet septem dies. Postea videatur in quo gradu arietis incipit aprilis. et protrahatur linea sicut prius. et erit spacium in quo scribatur martius cum diebus. et numero dierum. Postea ponatur regula super gradum arietis vel in quo incipit aprilis. et protrahatur linea sicut prius. Postea fiat ita de omnibus aliis mensibus. Et sciendum quod decembris et iunius debent scribi ita. quod una medietas illorum scribatur inferius in medietate inferiori. et alia medietas in medietate superiori. ad significandum quod in duabus medietatibus illorum duorum mensium ascendit sol in zodiaco. et in duabus descendit. et sicut scribuntur tres menses in parte inferiori cursoris. ita scribantur in parte superiori. et si quadrans est magne quantitatis. tot sint spacia mensibus. quot sunt dies in mense. et ut tamen linee continentes quinos dies vel sex. vel septem protrahantur occupando 3. spacia ut melius scribantur numeri dierum. et distinguantur inter se. et linee distinguentes dies non occupent nisi unum spacium. Si autem quadrans non fuerit magne quantitatis. ponatur unum spacium pro duobus diebus. vel tribus. secundum possibilitatem quadrantis cursoris. Et hec de cursore dicta sufficiant.

Hec tabula docet in quo loco sit sol in initiis mensium. licet autem aliquorum librorum sit per transitum. et hic ideo ut sciatur primus tractatus initiorum mensium in astrolabio et in quadrante. secundum hos gradus prescriptos. Contra fiat scala altimetra sicut patet in quadrante. et fiat sic. Linea a k que est ab a usque ad cursorem. si quadrans cursorem habeat. vel ab a usque ad k. si non habeat cursorem. dividatur in duas partes.

Initia dierum	Menses	Signa	Gradus	Minuta
Initium primi diei	martii	pisces	16	43
Initium primi diei	aprilis	aries	17	34
Initium primi diei	maii	taurus	16	13
Initium primi diei	iunii	gemini	16	[illegible]
Initium primi diei	iulii	cancer	18	[illegible]
Initium primi diei	augusti	leo	18	30
Initium primi diei	septembris	virgo	18	34
Initium primi diei	octobris	libra	18	13
Initium primi diei	novembris	scorpio	14	30
Initium primi diei	decembris	sagittarius	14	47
Initium primi diei	ianuarii	capricornus	17	[illegible]
Initium primi diei	februarii	aquarius	18	43

Quindecim declinat gradibus sol. Si medio plus
Sit decem cum quarta non
plene bis duodenis

et in puncto medio divisionis ponatur per centrum immobilis et alius pes extendatur usque ad punctum in angulo usque a. et tunc ille pes mobilis super situm in quo tetigit deinde punctum motu suo signet duo puncta in lineis descendentibus iuxta latera quadrantis. et a puncto k. si est cursor. vel in contactu linee medie cum superiori circumferentiali linea in limbo. si non est cursor. protrahantur due linee recte. et iuxta illas duas alie due occupantes duo spacia. et utraque linea dividatur in duodecim partes equales. et protrahantur linee illas divisiones distinguentes. et spacia inter lineas ex utraque parte intercepta dicuntur puncta. et superius scribatur numerus punctorum incipiendo a lateribus quadrantis. et dividendo versus artem lineam mediam quadrantis. Deinde in puncto a ponatur clavus subtilis. cui alligetur filum de serico subtili. In cuius fili extremitate ponatur perpendiculum de plumbo. vel alterius rei ponderose. et margarita perforata moveatur super filum de loco ad locum. Et erit completa compositio quadrantis. De utilitatibus et operationibus quadrantis

Dicto de compositione quadrantis. dicendum est de utilitatibus et operationibus que habentur per eum. Si igitur velis scire altitudinem solis in omni hora per quadrantem. pone punctum a quadrantis versus solem. et punctum c. versus te.

¶ Nota quod numerus continens aliquem minorem numerum et aliquam eius partem indeterminatam vocatur aliquotiens multiplex medius. Qui autem continet bis minorem duplus. Qui autem ter triplus. Qui quater quadruplus. Qui vero continet minorem et insuper aliquam determinatam portionem minoris vocatur superparticularis. Qui continet totum et dimidium sesquialter. Qui totum et terciam partem sesquitercius. Qui totum et quartam partem sesquiquartus. Qui autem maior numerus continet minorem totum semel et insuper non solum unam partem sed plures partes eius vocatur superpartiens. Si continet duas partes vocatur superbipartiens, sicut se habent .5. ad .3. Si continet tres dicitur supertripartiens, sicut se habent .7. ad .4. Si continet quatuor dicitur superquadripartiens, sicut se habent .9. ad .5. Cum numerus maior continet totum minorem pluries et insuper aliquam partem eius dicitur multiplex superparticularis. Si autem continet bis et mediam partem dicitur multiplex sesquialter, sicut se habent .5. ad .2. Si autem ter et mediam partem eius dicitur triplum sesquialterum, sicut se habent .7. ad .2. Si autem quater quadruplum sesquialterum, sicut se habent .9. ad .2. Possunt et ex parte superparticularis species sumi, ut dicatur duplum sesquitercium, quando maior numerus habet bis minorem et terciam partem eius, sicut se habent .7. ad .3. Vel duplum sesquiquartum, sicut se habent .9. ad .4. et sic deinceps. Cum vero numerus maior habet minorem pluries et plures partes eius dicitur multiplex superpartiens, et hec proportio potest dividi secundum species multiplicis et secundum species superpartientis, ut dicatur duplum superbipartiens duas, quando maior numerus habet totum minorem bis et duas partes eius, sicut .8. ad .3. Vel duplum supertripartiens, sicut .11. ad .4. et sic de aliis.

¶ Proportio est habitudo unius quantitatis ad aliam. Proportionalitas est equalitas duarum vel plurium proportionum.

et dimitte radium solis transire per ambo foramina duarum tabellarum perforatarum. et vide quem gradum ex gradibus limbi in latere abscindat perpendiculum. et respice numerum graduum scriptum superius, qui ostendit tibi altitudinem solis. Ad investigandum in quo gradu sit sol

Si vis scire in quo gradu signi sit sol per cursorem. Respice in quo mense es et in quoto die illius mensis. et pone filum perpendiculi super illum diem in cursore. et nota super quod signum sit illo mense. et super quem gradum illius signi cadat filum, quia in illo signo et in illo gradu illius signi erit sol. Ad sciendum in quo gradu tabularum sit sol per tabulas

Si vel scire idem, id est in quo gradu cuius signi sit sol, per quasdam tabulas factas ad quadrantem ad quantitatem quatuor annorum. Vide in quoto die mensis es et in quoto mense anni. et scire debes quod quatuor sunt tabule. Prima est ad annum bissextilem. Secunda est ad annum primum post bissextum. Tercia ad annum secundum post bissextum. Quarta ad annum tercium post bissextum. Quere igitur tabulam respondentem anno in quo tu es. ut si es in anno bissextili, intres ad tabulam ad annum bissextilem. et sic deinceps. et intrabis in primam lineam tabule cum numero dierum mensis in quo es. ut si in primo die mensis es, intra cum primo. Si in quarto die mensis es, intra cum quarto. Si in quinto, intra cum quinto. et sic de aliis. et in superiori capite tabule inquire mensem in quo es. et descende sub illo mense directe in oppositum numeri dierum cum quo intrasti. et numerus in angulo communi respiciente numerum cum quo intrasti primo et mensis in quo es ostendit tibi signum et numerum graduum eius in quo sol est.

De declinatione solis et eius distantia ab equinoctiali

Si vel scire declinationem solis et quanta sit distantia eius ab equinoctiali per cursorem.

¶ Nota quod quidam in suo quadrante utuntur duabus tabulis tantum. Quidam vero quatuor tabulis. Sed tamen due quam quatuor sufficiunt, et omnis doctrina que traditur in quatuor, hoc excepto quod in quatuor distinguitur utrum sit annus bissextilis [illegible] quartus a bissexto, quod non fit in duabus. plenior ergo videtur doctrina in quatuor quam in duabus, ut patebit de duabus. Prima quidem tabula sunt in anno bissextili, secunda primo post bissextum, tercia secundo, quarta tercio. In quibus habetur solis declinatio.

pone filum super gradum in quo est sol secundum artem iam dictam. et nota gradum in limbo super quem cadet filum. et postea pone filum super lineam mediam cursoris. et nota super quem gradum in limbo cadit perpendiculum. et computa quot sint gradus in limbo inter primam notam et secundam. et tanta erit declinatio solis. Ad inveniendum declinationem solis per tabulas

Et si vel scire idem per tabulas, cum gradu solis iam invento intra in primam lineam tabule declinationis solis. et quere signum in quo est sol in superiori capite tabule. et accipe e directo numerum signi cum quo intrasti declinationem solis. et habebis solis declinationem certissime ad diem in quo accepisti gradum solis. Ad sciendum latitudinem climatis regionis

Si autem vis scire latitudinem regionis, id est distantiam cenith ab equinoctiali, sive altitudinem poli, quod idem est, accipe solis altitudinem in meridie ipso existente in principio arietis et libre. et illam altitudinem subtrahe de .90. gradibus. et residuum erit latitudo regionis sive altitudo poli. ¶ Vel sic. Accipe altitudinem solis in meridie. et de altitudine solis subtrahatur solis declinatio eiusdem diei, si sol est in signis septentrionalibus, vel addatur, si sol est in signis meridionalibus. et quod post subtractionem vel additionem remanserit subtrahatur a .90. gradibus. et habes latitudinem regionis sive altitudinem poli. ¶ Vel sic. Accipe altitudinem alicuius stelle fixe notabilis iuxta polum quando est in maiori altitudine de nocte. et altitudinem eiusdem stelle quando est in minori altitudine in eadem nocte vel alia. et minor altitudo subtrahatur de maiori. et medietas differentie addatur altitudini minori (+ minoris) vel subtrahatur a maiori. et quod

in parvo erit est altitudo poli, sive latitudo regionis. Ad inveniendum horas diei in omni regione.

Si autem vis scire horas diei in omni regione, vide latitudinem regionis sive altitudinem poli, ut dictum est, que est in monte pessulano 43 graduum fere, et parisius 49 graduum fere, et computa tot gradus in limbo quadrantis incipiendo a latere dextro quadrantis super quod infixe sunt tabule perforate, et ubi numerus ille terminabitur move cursorem donec linea equinoctialis cadat sub ipso perpendiculo directe, et talis situs quadrantis erit in illa regione. Vel sic. Accipe altitudinem solis in meridie, et non moveas perpendiculum a situ in quo cadet, et move cursorem donec dies cuius in meridie accepisti altitudinem cadat sub perpendiculo, et iste erit situs cursoris perpetuus in illa regione. Cum igitur iste cursor sic fuerit dispositus, pone perpendiculum super diem cuius horam vis habere, et trahe margaritam donec cadat super lineam circumferentialem ultimam, que est finis sexte hore. Post hoc dimitte radium solis transire per utrumque foramen, et nota locum margarite in horis, quoniam ipsa ostendet tibi horam diei in quo es. Si enim cadat super primam lineam circumferentialem, erit prima hora in toto spacio usque ad secundam lineam, et ibi est initium secunde hore usque ad tertiam, et sic deinceps. Ad inveniendum idem per quadrantem sine cursore.

Si autem vis idem habere per quadrantem sine cursore, accipe in quatuor tabulis quadrantis gradum solis, cum quo in tabula declinationis accipe solis declinationem, quam subtrahes a latitudine regionis in qua es, si sol fuerit in signis septentrionalibus, vel adde, si fuerit in signis meridionalibus, et quod post subtractionem vel additionem remanserit tene, et tot gradus computa in limbo a latere quadrantis dextro, super quod infixe sunt tabule perforate, et pone perpendiculum ubi terminatur numerus, et move margaritam usque ad lineam meridionalem, et ille erit situs margarite ad talem diem. Tunc permitte radium solis transire per ambo foramina, et nota locum ubi cadit margarita, et habebis horam sicut prius.

Continuatio dictorum est. Secunda pars de rerum mensurationibus.

Continuatio dictorum et de mensurationibus. Secunda pars ultimatis capitulis, in qua docentur altitudines, latitudines, profunditates rerum et capacitates vasorum vel columpnarum sphericarum. Et secundum hoc hec pars habet tres partes. Prima docet de mensuratione altitudinum, secunda longitudinum et latitudinum ibi: Secunda pars de mensurationibus. Tertia de mensuris stereometricis corporum ibi: Dicto et de mensuratione. Continuatio. Prima de altitudinibus, secunda de planis ibi: Secunda pars. Tertia de profunditatibus ibi: Dicto ... Adhuc prima docet invenire altitudinem cum quadrante, secunda sine eo ibi: Si autem non habes ... Adhuc prima de altitudinibus accessibilibus, secunda de inaccessibilibus ibi: Si autem res ... potest explicari modo ... ad 45 gradus ... secunda ad ... altitudinem ... per umbra.

Continuatio dictorum est de mensurationibus, et primo et prima de rerum altitudinibus. De mensuratione altitudinum rerum. Si vis scire altitudinem alicuius rei accessibilis, respice altitudinem rei per ambo foramina uno oculo, et accede ad rem vel recede a re in tantum donec perpendiculum cadat super lineam mediam quadrantis, id est super 45 graduum. Deinde accipe altitudinem oculi tui usque ad plantam pedum, et tunc accipies retro te quanta est altitudo oculi tui ad terram, et nota locum. Deinde mensura quot sint pedes inter notam et fundamentum turris vel basim altius rei mensurande, et habebis altitudinem eius. Si vero res non est in loco plano, respice aliquod punctum in illa re mensuranda, perpendiculo cadente super lineam a b, que est in sinistro latere quadrantis, et nota punctum. Tunc non accipias altitudinem que est ab oculo tuo usque ad terram, sed illius altitudinis sit altitudo puncti notati a terra. Tunc quantum est inter pedem tuum et rem mensurandam, tanta est altitudo a puncto notato superius computando. Adde tunc illi altitudini altitudinem puncti notati a terra, et habebis quesitum. Vel sic. Respice summitatem altitudinis rei per ambo foramina sicut prius, et considera super quem locum quadrantis cadat perpendiculum, et

- b a subduodecupla
- b b subsextupla
- b c subquadrupla
- b d subtripla
- b e subdupla subsuperbipartiens tertias
- b f subdupla
- b g subsuperbipartiens quartas
- b h subsexquialtera
- b i subsexquitertia
- b k subsexquiquinta
- b l subsexquiundecima
- b m equalis
- b n sexquiduodecima
- b o sexquisexta
- b p sexquiquarta
- b q sexquitertia
- b r superquinquepartiens septimas
- b s sexquialtera
- b t supersepartiens septimas
- b v superbipartiens tertias
- b x supertripartiens quartas
- b y
- b z

Puncta stationis prime sunt octo. Puncta stationis secunde sunt duodecim. Punctorum duarum stationum differentia sunt 4. Sic igitur quatuor puncta sunt subtripla ad 12 puncta. Sic c d differentia duarum stationum que est octo pedum erit necessario subtripla ad a b totam 17 ... 24 erit 1 ... pedum.

[Left margin:] in ... minutis

[Right margin:] Secundum ... proportionem puncti rerum.

Si aut̃ turris fuit inaccessibil'. Que sit pportõ punctorum utriusque stationis p se ad .12. eadẽ ẽ utriusque stationis p se ad turrim. Sz ad scilz pportio totorum pportionabilium. eadẽ scilz ẽ duarum corum. g ã sit pportio due punctorum duarum stationum ad .12. eadẽ ẽ due duarum stationum ad turrim.

si ceciderit sup' lat' umbre recte. scilz in dextro late. sume nũm punctorum umbre recte. respiciẽdo sup quotũ punctũ cadat perpendiculum. Si aũt ceciderit sup latus umbre ũse. p nũm tpõrum punctorum umbre ũse dide .144. 7 qd exierit post diõem sume. Deiñ mẽsura distantiã int' te 7 turrim. 7 qd fuit in hac distãtia mltiplica p .12. 7 pductum dide p nũm punctorum umbre prius sũpte. 7 sup illud qd exierit adde staturã tuã ab oclo. ul' q̃ntitatẽ tue altitudĩs. 7 qd exierit p'ronã fecit tibi erit altitudo turris. Est hoc idẽ fit sole lucẽte p ũbrãs sic expecta donec sol fuit ĩ altitudĩe .45. graduũ. tũc umb'a cuilz rei ẽ equalis sue rei. mẽsura tũc umbrã. 7 hẽbis altitudinẽ rei. In aliis aũt horis erit proportio umbre cuilz rei ad rẽ. sic ĩ eadẽ hora est pportio nũi umbre recte ad .12. 7 si fuerĩt sex puncta ĩ umbra recta. q̃ sũ medietas de .12. tũc umbra erit medietas rei ĩ altitudine. 7 sic de aliis. Sed ad h qd sciãs oĩ hora accipe umb'r. oportebit te mutare umbrã rectã ĩ uersã. 7 eõ. Si aũt uis ex umb' ũsa hr̃e nũm punctorum umbre recte. p nũm punctorũ umbre ũse dide .144. 7 illd' qd exierit post diõem erit nũs punctorũ umbre recte. Si uis mutare umb' ũsas p rectã. dide .144. p nũm punctorum umbre recte. 7 exibit tibi ĩ diõne nũs punctorum umbre uerse. De mẽ

Si aũt turris fuit inaccessibil'

Si aũt turris fuit inaccessibil' mẽsurãda. uide summitatẽ eĩ p ambo foramina. 7 respice nũm punctorum umbre recte. sicut prius. 7 pone signũ d ĩ loco ĩ quo tu stas ĩ hora ɔsidatõis. 7 intellige qd foramina debẽt eẽ ualde stricta. p q̃ debz trãsire radius uisualis ad rei altitudĩs ɔphensionẽ. alit' quã cito eẽt error. Consequent' elõga te a turri. uel appinqua ei p lineã rectã. 7 iterum respice altitudinẽ turris. 7 q̃re nũm punctorum umbre recte ad hc situm sedm ĩ quo stabis. 7 pone signũ c ĩ illo loco. 7 mẽsura quot sũt pedes int' duo signa c 7 d. 7 retine illd'. Ptea subtrahe minorẽ nũm umbre recte de maiori. 7 seruet' dr̃ia. Deiñ distantiã int' duo loca mltiplica p .12. 7 pductũ dide p dr̃iam prius acceptam. 7 illi qd exierit adde quãtitatem tue altitudĩs. 7 qd exibit uel remanebit ibi erit altitudo turris.

Cum si tu steteris ĩ ualle. 7 altitudĩem alicui' turris stãtis ĩ mõte uel' mẽri ɔsidã pmo altitudĩem mõtis p duas statiões. p formã (modum) prius ĩmediate dcãm. Deiñ ɔsidã altitudinem turris 7 mõtis simul p eandẽ doctrinã. 7 remoue altitudinem mõtis de altitudĩe toci' aggregati simul. 7 residuũ ẽ altitudo turris.

De mẽsurãda rei altitudĩe sĩ q̃drãte

Si aũt nõ hẽas quadrantẽ. 7 altitudĩe sũ q̃drãte uelis mẽsurare altitudinẽ. accipe uirgã. 7 erigat' sup planũ perpendicularit'. q̃ hẽat notã quãtitatẽ. 7 tũc pone oculũ tuũ iuxta terrã mouẽdo caput huc illuc donec radius uisualis trãseat p sũmitatẽ uirge 7 p supiorẽ ptẽ altitudĩs turris. Deiñ ɔsidã quantũ est int' locũ sup quẽ est ocul' ĩ hora ɔsidatõis 7 int' infiorẽ ptẽ altitudĩs rei. 7 istã distantiã mltiplica p quãtitatẽ altitu



dinis virge. et totum illud productum divide per distantiam inter oculum et virgam. et exibit in numero denominante quotiens quantitas altitudinis rei. ¶ Item aliter id ipsum scitur per rerum umbras. Cum enim alicuius rei altitudinem volueris cognoscere, umbram fecit super planum. Accipe virgam erectam perpendiculariter super planum prope terminum umbre rei mensurande. Ita quod una pars virge cadat in umbra. et alia extra umbram. et nota locum in virga ubi umbra incipit tangere virgam. et per quantitatem virge que est inter tactum umbre et planum multiplicetur quantitas totius umbre que est inter inferiorem partem rei mensurande et conum umbre virge. et productum divide per quantitatem umbre que est inter contactum umbre et virge. et exibit altitudo rei mensurande. Item aliter de eodem [illegible]

Item aliter satis curialiter de eodem. Ponatur speculum in plano. et procede huc illuc donec videas rei altitudinem. et per altitudinem oculi tui a plano multiplicetur quantitas que est inter inferiorem partem altitudinis et speculum. et productum dividatur per distantiam inter pedem tuum et speculum. et exibit altitudo rei mensurande. De mensuratione [illegible]

Secunda pars mensurandi [illegible] huius doctrine que est [illegible] planimetria habet duas partes. Prima est de arte mensurandi planum in longum tantum. Secunda in longum et latum. De primo igitur primo dicitur. ¶ Cum volueris mensurare longitudinem alicuius plani cum quadrante, sta in uno termino plani. et respice alterum terminum plani per ambo foramina, tenendo conum quadrantis a in quo est clavus.

¶ Nota quod hic tenendo quadrantem fit de latere umbre recte versa. et econverso de latere umbre verse fit recta. et sic intellige in [illegible]
¶ [illegible] c. d. [illegible] 4. per b. c. [illegible] 17. et exiens [illegible] 60. divide per d. c. [illegible] et exibunt 10. [illegible] 14 [illegible] altitudo rei.

tui filum annectitur iuxta oculum. et conum quadrantis per quem intrat tabula cursoris versus planum mensurandum. tunc prospecto termino plani mensurandi accipiatur numerus punctorum umbre recte. et per 17 multiplica quantitatem ab oculo tuo usque ad pedem. et productum divide per numerum punctorum umbre recte. et exibit quantitas longitudinis plani. ¶ Vel sine quadrante sic. Erigatur virga una perpendiculariter in uno termino plani terre vel aque. et causa exempli vocetur planum b. e. et virga erecta a b. et virge erecte a. b. insistat alia virga c. d. equidistanter plano constituens cum virga a b angulum rectum. et sit virga c d. Postea iuxta virgam erectam ponatur oculus tuus. et respiciatur alter terminus plani mensurandi. et vocetur locus in virga c d per quem transit radius visualis. et sit ille punctus in linea virge c d punctus d. per quem transit radius. Deinde per quantitatem c d multiplica quantitatem a b. et productum divide per quantitatem a c. et exibit longitudo plani quesita. Item aliter de eodem [illegible]

Item idem fit per speculum. ut intelligatur superior figura iacens in plano a b. ut prius. et iacens b c intelligatur erecta. et linea que ibi signabat altitudinem modo signabit plani longitudinem a b. et reliqua que prius signavit planum c b. sit linea c b perpendiculariter instans longitudini in plano. in quo debet poni speculum e. erectum super unum latus b e eius. et tu e stabis inter speculum et terminum plani mensurandi. De planis divisis

Si autem vis mensurare planum in longum et latum. Tunc planum [illegible]













circulare. aut angulare. ¶ Si circulare. tunc medietas a b dyametri ducatur in medietatem. b. c. d. circumferentie tocius. b. c. d. et productum dabit aream tocius circuli. ¶ Quantitas vero circumferentie habetur sic. Triplex dyameter. et addatur ei septima pars dyametri. et productum dabit quantitatem circumferentie. ¶ Si autem superficies fuerint triangula. tunc si fuerint equilatera mensuretur sic. Dividatur unum latus. a. b. trianguli in duas partes equales. vel in duo equalia. et a puncto divisionis ad angulum. c. oppositum protrahatur una linea. c. d. recta. tunc illa linea. d. c. dicta ducatur in unam partem. d. b. lateris divisi. et habebis quantitas trianguli. ¶ Si autem triangulus habebit tantum duo latera. a. c. et b c. equalia. et tertium inequale. dividatur in duo equalia in. d. et a puncto. d. divisionis protrahatur linea ad angulum. c. oppositum. et una medietas. d b. linee. a. b. divise ducatur in lineam protractam ab angulo. c. ad punctum. d. divisionis. et productum dabit aream. ¶ Si autem fuerint trium laterum inequalium. tunc ab angulo. c. ad latus a. b. oppositum trahatur linea. c. d. perpendicularis. et illud latus. a. b. super quod cadit vel stat. c. d. linea perpendicularis ducatur in illam partem. c. d. perpendicularem. et producti medietas dabit aream. ¶ Si autem superficiem quadratam vis mensurare. duc unum latus a. b. in altitudinem. b. c. et productum dabit aream quadrati. ¶ Et si quadranguli superficiem vis metiri. ducatur minus latus. a. b. in maius. b. c. et productum dabit aream eius. ¶ Et si superficiei penthagone aream vis habere. si sit equalium laterum. tunc unum latus a. b. in se ipsum ducatur. et productum ternario multiplicetur. et a summa exeunte subtrahatur quantitas unius lateris semel. et medietas tocius erit area.

De mensuratione profunditatis et spissitudinis

Dictum est autem de mensuranda vero altitudine. et planitie. nunc de puteorum profunditate. et vasorum capacitate. est dicendum. ¶ Si igitur vis putei profunditatem metiri. ab uno latere putei a. putei respice cum quadrante tamen. b. oppositi lateris in fundo putei. et notetur quantitas dyametri. a. c. latitudinis putei. accipiatur igitur in hora considerationis numerus punctorum umbre in latere quadrati. et multiplicata quantitate dyametri. a. c. et latitudinis putei per. 12. et divide per numerum punctorum umbre et exibit profunditas. c. b. putei. ¶ Si vero putei capacitatem vis habere per aream putei inventam. ut supra dictum est. multiplicetur putei profunditas. c. b. et productum dat putei capacitatem. ¶ Si vero columpne grossitiem vis investigare. sumatur quantitas latitudinis et ducatur in se. et habebis aream. per quam aream multiplicetur latus columpne. et productum dabit eius grossitiem. ¶ Si vero alicuius modii rotundi vis capacitatem vel rotunditatem scrutari. sumatur dyameter fundi. c. d. modii. et dyameter superior. a. b. et equetur. e. f. medietate excessus maioris addita minori. c d. et inveniatur tunc area fundi. c. b. ut dictum est de circulo. et videatur tunc quot digitorum sit. vel palmarum. Per are









vas qua
dratum

am illam multiplicet altitudo .a.c. modii. 7 productum dabit quantitatem capacitatis modii. ¶ Et si habuis aliquam mensuram parvam unius denarii. vel duod. tenens mensuram unius quantitatis modii multiplicet in eadem quantitatis mensure parve. 7 denominatio ostendit quotiens minus vas continetur in maiori. vel modio. 7 ita si parvum vas fuerit unius denarii. scietur quot denariate vini sunt in modio. ¶ Si autem alicuius dolei capacitatem vel quantitatem vis habere. primo invenias aream fundi dolei per eius dyametrum ut dictum est prius. Postea sume longitudinem dolei secundum vini continentiam. 7 per illam longitudinem multiplicetur area. 7 denominatio dabit quantitatem dolei. ¶ Et si habuis modium. sume eius quantitatem per predicta. 7 quantitas dolei multiplicetur per quantitatem modii. 7 denominatio dabit quotiens modius contineatur in dolio. Et si modius fuerit unius numate vini. scietur quot denariate erunt in dolio. ¶ Si autem quadranguli vasis capacitatem vis habere. sumatur area fundi vasis. per artem superius dictam. que area multiplicetur per eius altitudinem. 7 productum dabit capacitatem.

¶ Explicit compositio quadrantis cum sua practica. Incipit chylindrus

Inuestigantibus chylindri compositionem quod dicitur horologium viatorum sumendum est lignum maxime solidum. minime porosum. equale. non nodosum. arte vertitoris circumvertendum usque eius superficies rotunda fiat. 7 undique planissima tam in superiori parte quam in inferiori. 7 in medio equalis grossitiei. Et si sit tale de facili per filum potest perpendi. Basis in inferiori parte eius decenter composita altiori aliquantulum corporis superficie. 7 infra alteram extremitatem scilicet in capite chylindri fiat spacium rotundum parvum profundum. superficie corporis extrinsecus illesa remanente. In quo spacio per circuitum cooperculi intus concavi ad proportionem dicti spacii constructa apte ingrediendo spacium a centro suo per medium usque ad centrum basis perforatum cooperiat cooperculo per medium noduli in summitate tornatoris arte constructi proportionaliter perforato. ut foramen cooperculi corporis correspondeat foramini. foramen tamen corporis in parte superiori existit latiori. ut laqueus post constructionem chylindri una cum stilo sive nothero ingredi foramen possit competenter. Per iam dicta sufficiens corporis habetur compositio.

¶ Restat ut de figuratione eiusdem inspiciamus. Figuratur autem sic chylindrus. Totum corpus in circuitu pedibus circum per septem partes dividas equales. scilicet per septem puncta. Ita quod a duobus punctis protrahas lineas duas a summitate chylindri usque ad basim 7 alteram lineam in medio earum a summitate usque deorsum. 7 tunc erunt duo spatia equalia divisa. 7 ut aptius fiat iuxta primam lineam scilicet dextram prope protrahas lineam a summo usque deorsum illi eque distantem. Infra quas a summitate usque deorsum gradus ex transverso paulatim augendo figurari debent. ut postea patebit. 7 in spacio iam facte linee proximo numerus graduum per sextus vel quintas aptissime conscribatur. 7 per mediam lineam usus



sinistram similiter alia linea equaliter distans a summo in deorsum protrahatur. Infra quas puncta umbre verse equalia ut postea patebit ex transverso inscribuntur. Et in spacio sinistro numerus punctorum umbre per bina ad bina addendo apte collocetur. Per quam cuiuslibet rei erecte super terram altitudo per suam umbram potest perpendi, ut postea patebit. Patebit etiam quid sit umbra versa et umbra extensa in sequentibus. ¶ His itaque lineis sic protractis, separabis in inferiori parte illius corporis tantum spacium ex transverso ad minus quantum est inter primam lineam dexteram et quartam versus sinistram que fuit equaliter distans medie protrahendo lineam in circuitu a linea predicta dextra usque ad sinistram. Et aliam in inferiori parte corporis in circuitu similiter super basim. Infra quas sit iam dictum spacium in quo menses et signa iam debent inscribi. Quod spacium per lineam mediam parietibus equaliter distantem in circuitu apte dividatur. Et inter illam et supremam protrahatur una linea illis equaliter distans in circuitu. Adhuc inter illam et mediam et inferiorem que est super basim protrahatur alia linea illis equaliter distans. Et sic complentur omnes quinque linee transversales in inferiori parte chilindri facte in predicto spacio, in quo sunt modo quatuor spacia per dictas lineas equaliter divisa. ¶ Postea protrahantur sex linee equaliter distantes a summo sex divisionum primo factarum usque deorsum ad lineam primam transversalem. Et alias sex lineas medias illis equaliter distantes consimili modo usque ad eandem lineam transversalem protrahere non omittas. Ita quod in universo tunc in sex divisionibus sunt .12. linee a summo

chylindri usque ad dictam transversalem equaliter protracte. Et linea proxima linee dextre prime protracte stans super lineam primam transversalem transeat equaliter deorsum per medium illius et etiam per medium prime linee transversalis sibi proxime usque ad lineam mediam transversalem. Linea sibi proxima versus dexteram stante super primam transversalem. Et sic de ceteris lineis usque ad numerum punctorum, semper altera transeat usque ad mediam, et altera stet super primam transversalem. Et quelibet linea stans super lineam transversalem habeat lineam sibi linealiter correspondentem a media transversali usque ad finalem. ¶ In spaciis autem per iam dictas lineas in inferiori parte chylindri distinctis omnes menses anni et signa illis correspondentia debent sic describi. In spacio proximo sub prima linea transversali quod spacium versus dexteram post primam lineam stantem in chylindro scribatur ultima medietas decembris. Et ratio huius est quia tunc incipiunt dies crescere. Et in proximo spacio sub illo, scilicet super lineam mediam scribatur alia medietas eiusdem mensis ordine retrogrado. Quia in ista medietate dies decrescere comprobantur. Hoc facto in sequenti spacio post finem decembris ianuarius scribatur. Et sub eo novembris ordine retrogrado. Consequenter februarius superius scribatur processive. Et october inferius retrograde. Postea martius superius processive. September inferius retrograde. Deinde aprilis superius processive. Augustus inferius retrograde. Postea maius ordine processivo. Iulius econverso. Ultimo iunii prima medietas ordine processivo, quia adhuc crescunt

dies. 7 alia medietas ordine retrogrado. quia tunc dies decrescunt. Ista vero aptissime litteris subtilibus conscribantur.

Et quia in medio singulorum mensium signa oriuntur. hoc signum capricornus in quo dies crescunt decembri correspondens sub linea transversali media in toto spacio usque ad parvam lineam ordine processivo conscribatur. et sub eo sagittarius ordine retrogrado inseratur. Postea aquarius isto ordine processivo. 7 sub eo scorpius econverso. Deinde pisces superius. Libra inferius econverso. Postea aries superius ordine processivo. Virgo inferius econtrario. Quinto taurus superius processive. Leo inferius retrograde. Sexto gemini superius processive. 7 cancer inferius retrograde imprimatur. 7 notandum universaliter quod signa in quibus dies crescunt scribuntur processive. Signa vero in quibus decrescunt retrograde. 7 in hoc tractatur insertio mensium 7 signorum artificialiter in chylindro.

Restat ut puncta umbre verse in loco sibi in corpore chilindri deputato artificiose inseramus. 7 primo quid sit punctus. 7 que umbra versa. 7 que extensa videamus. Et est umbra extensa secundum arazachel in suis canonibus umbra omnis rei erecte super faciem terre per lineam directam. Punctus est duodecima pars status illius rei erecte. 7 similiter punctus umbre est duodecima pars status illius umbre. Cum autem interrogatur huius quot puncta sint in umbra. vult intelligi quot duodecime unius status sunt in ea. Umbra autem versa est umbra omnis rei que fit in directo superficiei terre in aliqua re que fuit erecta super faciem terre super lineam directam. Status quoque est in ea ex 12 punctis quemadmodum est in extensa. Cum autem tu volueris figurare puncta umbre. quod oportet te facere divide spacium ad hoc deputatum secundum longitudinem per lineas plures transversales. ab una linea ad aliam eque distantem per tot spacia equalia equalia quot possunt esse puncta umbre verse in regione in qua credis aliquando accedere. verbi gratia ad terram sanctam. 7 ad hoc sciendum tabulam inspice que docet altitudinem solis in ingressu istius signi quod dicitur cancer ad omnes horas diei. scilicet quando sol est in maiori altitudine sua. ut est in initio cancri ad sextam horam diei. 7 hec est tabula quam inspicies. . .

Cancri gradus	minuta	hore
12	0	1
24	0	2
36	0	3
48	0	4
57	0	5
61	38	6

Ista tabula docet solis altitudinem in ingressu eius in cancrum. 7 per tabulam istam scies quod altitudo solis hora sexta fec sive meridie maxime diei istius regionis est. 61. gradus 7. 38. minutorum. 7 hoc est 7 dimidium gradus 7 parum plus. cum 30 minuta faciunt dimidium gradum. quibus gradibus et dimidio respondent 12. puncta. et umbre verse. 7. 7. minuta. quod est parum plus quam 12. puncta. 7 hoc manifestum est per tabulam umbre qua ad presens non indigemus. Divides spacium ad puncta deputatum ad minus per 72 partes equales. 7 si chylindrus aliquantulum sit longus. ut prius dixi. videlicet ex transverso quinque digitorum vel huiusmodi. divide a

summo usque ad basim predictum spatium in 27 vel in 26 partes equales. Et postea duc tot lineas transversales que lineae puncta distinguant. Ita quod ad lineam parvam transversalem distinguentes puncta duo, postea trahatur linea sibi continua equaliter versus sinistram. Et in parte superiori scribatur figura algorismalis denotans dualitatem. Et similiter postea trahatur linea distinguens quatuor puncta. Et in spatio superiori scribatur numerus excrescens priorem in dualitate. Et similiter usque ad basim. Et in hoc terminatur predictorum divisio cum numerorum descriptionibus.

Restat ut de divisione graduum dicamus. Si ergo volueris artificialiter gradus dividere in spatio sibi deputato vide puncta et minuta que fuerint in subscripta tabula in directo quinque graduum ex gradibus altitudinis verse. Et sume tantum de punctis chylindri. Et erunt inter lineam et lineam illam quinque gradus. id est illud spatium continebit quinque gradus. Post hec considera quot puncta et minuta fuerint in hac tabula in directo 10 graduum altitudinis verse. Et sume tantum de punctis chylindri a capite eius ut prius. Et duces lineam transversalem. Et erunt inter illam lineam et priorem alii quinque gradus. Et similiter facies de omnibus gradibus donec compleveris tot gradus quot potest sol ascendere in maximo die in regione qua volueris. Et constat quod in hac regione per 61 graduum et dimidium et 4 minuta ut predictum est quibus respondent in chylindro 22 puncta et 7 minuta. Et postquam compleveris tot gradus facias similiter alios gradus si plura puncta fuerint sub 22 ult.

Et hec tabula quam inspicere debes.

Gradus	minuta	Puncta
1	3	4
2	7	10
3	0	14
4	4	19
5	6	23
6	7	27
7	13	31
8	6	34
9	3	37
10	4	40
11	11	43
12	0	45
13	20	48
14	18	50
15	21	52
16	30	54
17	8	55
18	29	57
19	17	58
20	47	60
21	40	61
22	34	62
23	33	63
24	36	64
25	44	65
26	54	66

Et postquam sic feceris in inferiori super basim fere scribatur in spatio numerorum graduum hec dictio gradus ad denotandum quod numerus super positus est numerus graduum. Et consimiliter sub numero punctorum hec dictio punctus ad denotandum quod numerus supra positus sit numerus punctorum. Et similiter sub numero minutorum.

Restat lineae horarum protrahende sint. Considera que sit altitudo solis ad omnes horas cum fuerit in initio signorum in quibus dies crescit in regione qua volueris. quod scies per astrolabium aut in partibus istis per tabulam subsequentem. Et sume tantum de gradibus chylindri. Faciasque puncta super singulum signorum in quibus dies crescunt directe contra tot gradus. Et deinde postea trahe lineas obliquas transversales per omnia puncta. Et erunt lineae horarum perfecte. Et hec est tabula. Et similiter cum hac tabula inspice parum precedentem que docet altitudinem solis in principio cancri.

Hore	Capricornus Gra.	m	Aquarius G	m	Pisces G	m	Aries G	m	Taurus G	m	Gemini G	m
1	4	0	5	10	7	0	9	0	11	40	12	0
2	8	0	9	0	13	30	14	0	22	0	24	0
3	10	0	12	0	18	40	26	0	33	0	35	40
4	12	0	15	0	23	0	32	20	42	0	47	0
5	13	0	16	0	25	0	36	40	47	0	55	0
6	14	0	17	45	25	86	38	0	50	0	58	15

Liber iste dividitur in 3 partes et continet [illegible], qui incipit ibi. In digitis. Hec in 1a. Quia in 2a tractat de motu solari. In 3a de lunari ibi. Sunt annorum. In 3a de motu [illegible] ibi. [illegible]. In digitis. Capitulum primum de [illegible] arte vel ordine annorum cycli solaris in iuncturis sinistre manus.

Huius itaque sic preparatis. Fiat stilus sive lingua ex argento vel ex cupro fabricata ~~per cuius foramen~~ in latiori extremitate perforata, per cuius foramen habiliter potest transire quedam virgula similiter cuprea vel argentea gracilis et rotunda. Cuius due extremitates ex transverso in chylindri cooperculo interius per subtilia foramina iuxta medietatem cooperculi constructa infigantur. Ex altera parte cooperculi ex opposito parum de plumbo subtiliter infundatur, quod quidem ponderet contra linguam a cooperculo egredientem per exitum sue magnitudinis in circumferentia cooperculi proportionaliter constructum. Que lingua orthogonaliter composita extra cooperculum in equali sit pluris longitudinis quam 12 punctorum. Et in hoc tractatur chylindri compositio. *De arte operandi per chylindrum.*

Cum autem volueris scire horas quacumque die volueris, verte notherium sive stilum super partem mensis in quo fueris, et umbra stili ostendet tibi horas preteritas. Et hoc est 12 horas, sive dies sit maior sive minor. Et cum volueris scire altitudinem solis, verte stilum super gradus, et umbra stili ostendet tibi gradus altitudinis solis in quacumque hora volueris. Et si vis scire puncta umbre verse, verte stilum super puncta chylindri, et umbra stili ostendet tibi puncta umbre verse in quacumque hora volueris. Et si vis scire puncta umbre extense in aliqua hora, divide 144 per puncta que habueris, et numerus quotiens ostendet tibi puncta umbre extense in eadem hora. Et si volueris scire altitudinem cuiuslibet rei erecte in plano, scias quod sit proportio punctorum umbre verse ad stilum in aliqua hora, et eadem conversio erit proportio omnis rei erecte ad suam umbram. Ut si fuerit umbra equalis stilo, et omnis res erecta equalis erit sue umbre. Et si fuerit hec umbra medietas stili, econtrario omnis res erecta erit medietas sue umbre. Et sic de aliis partibus intellige. Et sic per umbram scies altitudinem cuiuslibet rei erecte super faciem terre. Explicit compositio chylindri cum sua arte. *Incipit compotus manualis*

Intentionis nostre in hoc opusculo est artem ostendere, ex qua ex iuncturis manuum ad omne datum temporis utili hora certa quam negotiatur computista per annum presentem per radice habitum possit facillime invenire. Ne quispiam de huiusmodi negotio requisitum contingat obmutescere. Aut ut librorum veracem cum labore consulat spatium postulare. Presertim cum per hanc scientiam ea quod sui cognitor que fuerit non solum sic se habere possit convincere. Sed et de pluribus quod docet invenire computus certis principiis index esse.

In digitis igitur quatuor sinistre manus anni cycli solaris tali ordine situantur. Ita quod primus in radice indicis, secundus in radice medii digiti, tertius in radice annularis, quartus in radice auricularis. Quintus in proxima iunctura supra radicem indicis situetur. Et ita deinceps servato ordine, ut semper proximum numerum post quaternarium quotienscumque completum index accipiat. Secundum vero medius. Tertium annularis. Quartum auricularis sive minimus semper capiat iam com

Ordinis est. Capitulum secundum de anno cycli ignoto inveniendo, et littera dominicali nichil notum supponit. In isto capitulo anno cycli solaris noto sequitur invenire litteram dominicalem et annum post bissextum et concurrentem per ordinationem primi anni cycli in nectura sui digiti.

Haberi quoque. Tertium capitulum de anno cycli ignoto supponit litteram dominicalem notam esse. In isto capitulo supposita littera dominicali cito invenitur quotus est annus cycli et annus post bissextum.

pletum. Ita etiam ut a radicibus interioribus scandens gradatim. Hinc a summitatibus gradatim descendens in radicibus exterioribus digitorum capiat cycli finem. Unde patet quod radix auricularis exterior deservit ultimo anno cycli solaris. Patet etiam quod index deservit omnibus primis annis post bissextum. Medius secundis. Annularis tertiis. Quartis vel bissextilibus auricularis. Vel sic. Bissextilibus vero annis deservit digitus minimus et postremus.

Ordinis est invenire litteram dominicalem fortassis ignotam et simul annum cycli solaris. Ab annis igitur domini deptis .9. residuum per .28. partire et residuum quot anni cycli fiunt indicabit. Ita si unum super est. erit primus. Si duo. secundus. et sic de ceteris. Si nichil .28. annus erit. Illum igitur residuum annorum domini deinde in digitis ordine dicto expendens in ncturis. ubi residuum totum expenderis. in eadem nectura debes dominicalem litteram situare hoc modo. Sumatur iste versus. Filius esto dei celum bonus accipe gratis. Et finitus iterum resumatur. Qui litteras dominicales indicat eo ordine quo per singulos annos habent discurrere ab initio donec ad finem huius cycli. Et imponantur vel instituentur singule dictiones singulis digitorum ncturis secundum annorum cycli ordinem antedictum. Ita tamen quod quecumque nectura digiti minimi et ultimi duas capiat dictiones. Ipsa duplicem litteram dominicalem anni cuiuslibet bissextilis. qui semper in ipsum ultimum digitum etiam cadit. Et quecumque dictio super locum littere dominicalis vel anni huius cycli

pervenit. ipsa per primam sui litteram. que sit dominicalis littera indicabit. Hoc addito. quod prima dictio cuiuslibet vel cuiuscumque nncture minimi digiti per duos primos menses. secunda per decem anni menses residuos ostendat litteram dominicalem tempore bissextili. Ex hiis patet quod dominus usus quinquies per unum cyclum discurrit. Item quod nullus digitus eandem litteram eiusdem officii bis potest continere. Dico autem eiusdem officii quia etsi bissextilis digitus easdem duas litteras accipiat. diversi tamen officii sunt dicende. Quia una per duos menses primos in hoc et hoc bissexto. alia per decem menses residuos in alio bissexto habet dominicas indicare. Patet etiam quod cuiuscumque ncture litteram queris. per radicas litteram eiusdem officii sumptam in eodem digito seriatim discurrendo. semper altera littera alphabeti transcursa sive omissa. cum quacumque littera ncturam tetigeris. ipsam dominicalem sumas.

Haberi quoque potest et annus cycli ignotus per litteram anni notam. Quod ut fiat sola denominatione annorum domini. cum huius versus adminiculo vestigium nobis dabit. Quatuor octo trahit sibi par. duo. sex. decas impar. Cuius utilitas et expositio est. quod annorum domini cycli omnis decas par id est omnis numerus per decem et per parem numerum multiplicatus trahit id est adiungit sibi existenti bissextili quatuor. id est quartum annum. et octo. id est octavum annum existentes bissextiles. Sed decas impar. id est denarius per imparem numerum multiplicatus trahit duo. id est secundum post se. et sex. id est

Et anno igitur iuxta quarto capitulo inuenta littera dominicali ad omnem annum rasionis scilicet presentem vel preteritum vel futurum.

sextum existentes bissextiles. Sunt igitur anni. 1000. 100. 80. 60. 40. 20. cum suis eorum multiplicibus aduinctis sibi quartis et octauis. omnes pariter bissextiles. Sed. 90. 70. 50. 30. decimus non bissextiles. sed aduinctis sibi secundis et sextis. id est duobus uel sex. bissextiles esse doctus intenoscas. Unde patet non bissextiles bissextilibus uinctos non bissextiles fieri. Bissextiles uero bissextilibus non mutari. Non bissextiles non bissextilibus ad alterutrum se habent. Ad hoc qualis numerus denarium multiplicet nota uersum. Qualis multiplicet decadem prior oblita monstrat. Cuius summa est. suo descripto per suas differentias algorismi. figura prima mente uel manibus deleatur. Reliquus numerus cuius tunc prima figura par erit aut impar. est ille qui ductus in denarium priorem numerum procreauit. Abstersa quoque figura prima. vel annum bissextilem. uel quotus post bissextum fuit plane monstrat. Scito igitur bissextili. uel quoto uel toto post bissextum anno. et digitum qui dominicalem litteram continet notum habes per ultimum correlarium primi capituli. et habes etiam per notam litteram et duo correlaria ultima secundi capituli locum littere. et quotus annus cycli fuit notum habes. Sunt autem correlaria. Item quod nullus digitus et cetera. Et patet etiam quod cuiuscumque et cetera. Patet etiam quod index omnibus primis post bissextum et cetera. Notus est etiam concurrentes hi usu. f. e. d. c. b. a. g. concurrentes posuere.

Ab anno igitur

tuo per radicem sumpto. ad omne datum tempus litteram dominicalem reperies huius principiis preceptis. Quod

in omni inquisitione de tempore preterito uel futuro in omni cyclo annum qui per radice sumitur non accipies inclusum. Iste annum totum annis cycli quo tensamque pertransiti in eadem iuncturam eiusdem digiti remeare. Item temporis futuri iuncturam ordine processiuo. preteriti retrogrado perquirendam. Item singulos digitos suos cyclos habentes singulis annis post bissextum uel bissextilibus subseruire. Unde patet quod si numerus annorum dati temporis est diuisibilis per quatuor eius litteram habes in digito tui anni. Unitatis post bissextum erit. qualis fuit tuus annus. Si unum superauit in primo digito. Si duo in secundo. Si tria in tercio. habes litteram ordine post principium tercium patens erit ut predictum. Et talem secundum bissextum per digitum littere tibi notum. Qualis uero sit annorum dati temporis numerus colliges ex predictis. Qualis uero ex ipsorum constructione. uel alterius subtractione proueniat. per tercij capituli correlarium patens erit. Sit igitur exempli gratia littera dominicalis anni tui f posita super radicem tercij digiti. qui cycli solaris est in anno septimo littera a qua ad annum sexagesimum placet dominicalem litteram inuenire. Et quia numerus dati temporis scilicet. 60. creuit a quatuor habes digitum anni tui per correlarium huius capituli. Et quia. 60. per. 4. quindecies creuit. per primum principium eiusdem digiti tui parture. 14. iuncturis. et ultima littere locum habet quam per correlarium secundi capituli notam habes. Huius problema patet per secundum capitulum. si annis domini addideris. 60. per tempore futuro. vel. 60. subtraxeris ab eisdem per preterito. cum residuis operando. Ex hoc

Patet quod iuncturas computabis, quia licet centum plures contineat in se quod deberent omnia in illo digito anni in quo est computari, tamen si omnes quarte computarentur ad quartam iuncturam tenderent. Et hoc est quod dicitur dando exemplum quod in centum annis ... quarta iunctura evenit.

Iuncturas auges quod dicitur hoc est quod centum capit quartam iuncturam a tua in qua est et mille vel 24 et sic contingit istos unos augeri scilicet bis vel ter vel quater et ita deinceps. Centum vel 20 vel mille faciunt ... debent augeri.

Ut si bis centum tunc bis quarta scilicet octava. Si ter, 12, et ita deinceps.

patet quod a iunctura tui anni prima sexagesimum annum habet. Eodem modo de centum vel mille vel ipsorum multiplicibus vel aliis faciendum. Hic patet quod quotiens 100 pro quatuor iuncturas, mille pro quinque, viginti pro totidem computabis. Unde versus: Centum cum quarta, tertia viginti, mille neque quinta, et sexagita prima quidem retinent iuncturas; auges quotiens numerum superaddes. Huius probatio: si talem numerum per 28 divideres, ad talem iuncturam ab anni tui littera numerus residuum te deducet.

Numerus annorum cycli lunaris cum aureo numero idem existens in digitis hoc ordine situatur. Primus annus sive unitas in summitate pollicis situetur. Secundus in media iunctura. Tercius in radice. Quartus in radice indicis. Quintus in radice medii digiti. Ad cycli solaris ordinem sequentes numeri ceteri expendantur donec summitas minimi digiti finem ponat, qui ultimum annum cycli 19 numerum continebit. Ignorans autem aureum numerum anni tui annis domini unitate adiecta per 19 divide. Residuum numerus est quesitus. Si nichil est, residuum ultimum offert annum. Ex post inde et unitates residui ordine iam predictos. Et iunctura que ultimam capit unitatem anni tui aureum numerum continebit. Hinc patet quod per notum aureum etiam iuncturam aurei numeri notam habes. Et econverso. Per aureum igitur anni tui ad omne datum tempus per precedentis capituli et huius principia quesitum aureum numerum notum habes. Patet et quod annus vicesimus prima iunctura anni tui, et totam quilibet eius multiplex quantus fuit ipsum multiplicans occupabit. Hinc patet quod centesimus quintam, millesimus duodecimam, bis millesimus quintam. Et horum probatio est per predicta, datis annis ad annos domini additis vel subtractis. Preterea per habitum aureum numerum patet utrum annus embolismalis fuit an communis. Sunt enim hii septem anni embolismales: Tercius et sextus, octavus et undecimus post, et quartus decimus, decimus septimus, et decimus nonus. Quoto et die cuius mensis lunatio embolismalis interseritur indicat iste versus: Mobilis ibo cahos ace liber theto coenos. Huius enim versus septem dictiones septem lunationes embolismales exprimunt, quarum quelibet alicui mensi debet inseri suo anno. Prima igitur embolismalis lunatio in mense duodecimo scilicet decembri quia m prima littera prime sillabe in alphabeto duodecima indicatur inseretur. Et secundo die, quia per b in alphabeto secundam primam in secunda sillaba notum habes. Et sic de aliis. Et hec de inventione littere dominicalis et aurei numeri ad quelibet datum tempus sufficiant.

Necesse est autem cum aureo numero primationes lunationum et etatem lune ad cuiuslibet dati anni diem quemlibet invenire. Ad quod in eisdem secundum ... et eodem quo in kalendario imponitur ordine oportet aureum in digitis situari. Et hec erit alia situatio a priori. Sumantur igitur hii versus: Terni, undeni, noni, octo, sed quinque, tredecim, ambo, decem, decem, septem quinque, quartus, duodecim, 10 tha, novem, tres, 6, quartus decimus. Qui aureum numerum continent suo ordine, ita ut quivis numerus locum sequentem vacuum habet, duas sillabas contineat. Que autem

Patet et scilicet per illud principium quod dixit quelibet digitorum situatione cycli habet 19 ... ad ... [illegible]

Patet scilicet ... aureus numerus qui cycli finiebatur ... [illegible]

alter imediate seq. una silla notetur. Insituetur aut prima silla hoy usuum sup iuncturam pximam unioni radici auricularis. Secda sup terciam. 7 ita de nec sex sille i illo digito expendant. Septima sup mediam iuncturam pollicis. Octaua sup radice eiusde. Nona sup radice indicis. Decima sup iuncturam pximam. 7 sic a radicibus sursum 7 a summitatib9 deorsum extra digitum. donec oms usuum sille sint expense. Ita ut ultima silla in radice minimi uel ultimi situet. Ex huis & cunslibz aurei nui secum hes. Nisi q i locis duodeci het instantiam. Quoy sex pp luoes ipares i mesibus parib9. 7 sex alias i iulio 7 mesibus sequetib9 accidentes corriges p sequetia pricipiis huis admissis. Quelibz aureu numey i luoe qualibz includi. Si aureo nio suus loc9 subtrahz ipm i locu qui seq transcendum. Locu dico subiunctu i que nlla dies de mese aliquo situatur. Si nus sine subiunctoe loci sede anticipat suu locu uacuu derelinquit.

Est etiam loc9 assignat9 mesi cuilibet inchoando. Januario enim 7 marcio sedes tnarij scilz sede iunctura auricularis. ffebruario 7 aprili tcia. maio quarta. Junio quinta. Julio sexta. Augusto septima. Septebri 7 octobri radix pollicis. Nouebri 7 decebri scda iunctura indicis deputatur. Hui9 ro e. ut qlibz iunctura de mese quolibz. 7 aureu nium. 7 sillam accipiat ferie cuilibz attributam. Est aut ordo mensiu i hoc uersu. Ja. fe. mar. a. ma. iu. iul. au. sep. oc. no. decêber. Sunt 7. 7 e. iul9 p quos dies anni 7 mensium 7 ebdoaday fie distiguntur. Quoy duo cuilibet mensi attribuuntur. Cisio ianus. epy. sibi uedicat. oc. feli. marcel. Prisca. fab. ag. uincen. thy. paul9. nobile lumen. Pri. pur. blasus agath. februo. scolastica ualen. Juli. cunge. fel. petrum. mathian in. Marti. adria. precorat. gregorio. cyr. Gertrud. abba bene. iuncta anna genitrice. April i ambrosij festis ouat. atq thyburti. Sic helen. sca q geor. marci q uitalis. Philip. crux. god. god. ioha. latin. epi. ne. ser. 7 soph. ma9 i hac sietens urban. i pede. fel. can. Nich. marcelle. boni. dat. uin. primi ba. cyrini. Vite q. mar. prothas. alba. ioha. ioha. le. pe. pau. Oc. proc. odel. oc. 7 kili. fra. bene. margar. apos. al. Arnulph9. prax. mag. ap. cris. iacob9. pa. fel. abdon. Pe. stef. steph. prot. os. six. af. cy. ro. lau. tibur. yp. eus. Sumptio. gap. mag ibi. thymo. bartholo. ruf. A. col. aucti. Egidium. sep. het. nat. gorgon. protho q. crux. nich. Eu. lamberte q. math. mauriti9. 7 dami. mich. Jhe. Remi. fb octobre. marcus. dy. ger. arche q. calix. Galle lucas. uel. un. se. seue. crispini. symonis. quin. Omne nouebre colequia. the. mar. martin. bricij q. Succedunt ill9. ce. cle. cri. katherina. sat. an. Decemb9 barba. nicholaus. 7 alma lucia. Sanct9 abim thomas. modo. nat. steph. io. pu. thome. sil. Hoy aut uersuu cuilz mesi quoslibz duos deputatos acci

Prima festa. no. q sic 5 p° 7 ultimu pascha. ita ē p° 7 ultimu i alis festis inuenie. s 7 ulti. ro. s 7 ulti rogoes. p° 7 ult pethe coste. modo dic. q hec. 4. sille pma festa st. i. locantur sup illas da tas. i quib; illo festu ē p° q ant illu die. ul sillam n uenit festu. q ul in op̄m. uel post.

Aureus nūs. s. m̄c tur. 7 n̄ anni q̄z nūs m̄ sit signat' p dies du os aliq [illegible]

pies. 7 eo⁊ prima sillam ī loco mēsis eius cui sē insituās singlas sillas ordie quo decurrit aure' nūs p uictu ras expende. donec sillam illi' diei ad quā etatē lune requiris ī uictu ram suā posuis. 7 hāc serua. Deīn uide quot sīt uicture a sede aurei nūi ɔputata cū aliis donec ad uic turā seruatā. tanta ē diei illi' de quo qsiueris. etas lune. Quia tm̄ in singulis mēsibus pari ordine ɔstitutis. un' locus uacuus. vn̄ ꝑturbatur aureus nūs. ul' ordo aurei nu meri. est subtract'. Tu ꝗ̄ ī ūsibus dcīs aliciu taliu mensiū depitatis. unā uicturā transilies. nullam in eā sillam reponēdo. ul recipiēdo.

In quib' aut̄ mēsib' q̄ loca trāsilies collige ꝑ hūc ūsum. Fecit afer. iudas. abit. octaus. debilitatus. Qui sex pri mis dcōm sillis mense denotat in quo uicturā trāsilies. Sed quotā prima lrā se sille plane mōstrat. 7 hac arte ad sex loca ad q̄ feruūt sex instātie aureū nūm correxisti. p̄ mis trib' pncipiis ꝓximi capli in testimoniū coassūptis. Ad alia sex loca ad q̄ in fine mensiū dant̄ in stantie corriges uersus aurei nūi. talit̄ unā sillam immutādo. Te ruis. v. nordis. oto. Or ꝑ saltū lu ne ī fine cycli sb ultio. 7 sequentib' mēsib' euenit tm̄ semel. Or 7 hoc bn̄ correxeris ultimū principium testis erit. 7 ratio añ dicta.

Sedes ꝗ̄ ad inueniēda festa mobilia dnicalib' lrīs istas dabis. Sint singla. d. ī radicib' interiorib' q̄tuor digitor⁊. E ī ꝓxis uicturis. ff ī tcis. G. ī sūmitatib'. A in primis decorsion. B ī scdis. C in t cus salz ī radicib' exterioꝛib' ext manu. Huis ū pncipus coassūptis. Pasca q̄ etatē lune seq̄. uagū eē. Propter moblitatē festi paschal' oīa festa mo bilia uniformiter uariari. Terminum paschalem luna quartadecima ēē esse. Omne festū mobile debere ꝓxima dnica post tīnum ce lebrari. Terminū eē cū aureo nūo ī eadē uictura. vt facilis sit opatio. situatū. Post hec ū nota hūc ūsū. Sep. quadra. pascha. ro. pen. pris. bru. ne. ci. e. dato sede. Cui' intellcā est. q cuiq; uel cuilz festo mobili est spālis silla ī radice indicās iponēda. vt ē pris ad septuagesimā. de h ūsu. Prisca. fab. Bru ad q̄dragesimam de h. febru scolastica ualen. Ne ad pascha de hoc. bene uicta ma. Ci ad rogoēs de h. marci q uital. E. ad pēthecosten de h. joha latin epi. 7 sē oms hec p̄me sille primi festi. Quodcūq; igr̄ festū inuenire uolueris. eius sillam ī radice indicas iponens sequētes hāc sillas ordie dnicalium lra⁊ expēde. donec aurei nūi eius de quo queris anni sede ꝑtrāsita sup sedē dnicalis lrē eiusde anni quesiuis. ī qua festū q q̄sieras cele brabis. Hoc notato. q' digitis q̄tu or sic expēsis. prim' itera resumēdē. Silla ꝗ̄ cū qua sup sedē lrē dnica lis lrē quiescas. quoto die cui' men sis festum eueniat apte mōstrat verbi grā. Anno dnī. m. cc. lxxv. F lrā dnicali. 7 tribus aureo nūo existētibus. si uis querē. ul ad q̄ reddā septuagesimā de hoc ūsu 7 sequētib;. Prisca fab. ag. ī radice

Et extremorum. s. et distantia extremorum. s. duorum festorum immobilium. s. nativitatis domini et beati johannis baptiste. ista distantia est nota esse fixa inter extrema note distantie i. quorum distantia nota est. ac si diceret distantia inter hec duo festa immobilia que dicuntur extrema dicitur scita. et ulterius dicitur scita quia illa distantia fixa est. i. in uno anno est sicut in alio. et ita illud ponit duo includentia s. notam distantiam et fixionem et stabilitatem distantie.

indicis prius ponendo sequentes singulas syllabas super singulas iuncturas ordinatim expendis. transcursis tribus digitis. et radice minimi digiti cum. o. silla que est de februario aurei numeri sedem tanges. A qua in iunctura proxima que est minimi tercia. F. dominicalis littera sedem habet. ad quam cum hac silla sco pertinges. que silla et diem scolastice. et tali die septuagesimam indicat celebrandam. Huius probatio per ultima duo principia. Per eadem quibus noto tunc. si nunc iuncturarum. usque ad aurei sedem .xi. que sedem clavis anticipat addidis. notam habes per tunciam clavem anni. et epactam epactam similiter per hunc versum. Deme unum. post adde novem. post unum viginti. et sic ulterius habes tabulam titulum. Hinc patet. quod si littera dominicalis et aureus numerus in eadem iunctura convenerint. non ibidem. sed in sequenti dominica festum erit. Patet et quod in bissextili anno ad sedem sede dominicalis littere computabis. et si ante locum bissexti festum inveneris. addes diem. Indicat enim littera sabbati festum. ad cuius sedem fixas operatus.

Sed etiam hac arte litteram tabularem invenies. Si primam primi alphabeti litteram. que est a.b. incipiens et in .v. desinit postpunctatum in radice indicis inponens singulas litteras ordine debito expendis. et illo forte finito secundum quod ab .a.b. incipiens in .q. desinit. postpunctatum incepis. et cum quamcumque litteram sedem littere dominicalis tetigeris. ipsa illius anni est littera tabularis. Illum etiam ebdomadarum a die nativitatis domini in festum quodlibet in ex digitis sumes ex huius principiis precessis. Duorum fixorum et mobilium

tiorum et mobilium festorum ab alterutro notis distantiis. et extremorum distantia nota erit. Inter extrema note distantie fixa. Si mobilis ab alterutro sit nota distantia. et reliqua nota erit. Mobile inter extrema quantum distantie huius extremum diminuit. tantum alteri superaddit. Viso igitur super iuncturam cuius digiti festum mobile invenisti. nota quod a digiti cuiuslibet denotat integras septimanas. B unum diem. C duos. D tres. E quatuor. F quinque. G sex. sex dies addi tos esse monstrat. At et indicis minimum numerum ebdomadarum ostendit. Cui sequens digitus in ordine cuiuslibet suam addit. Sunt autem minimum numeri ebdomadarum comprehensi singuli per hunc versum. Quatuor. hinc septem. tredecim. decteocto. viginti. Hinc patet quod radix indicis minus una tenet ebdomada. et tres dies. et e quatuor. et f quinque. et g sex. Per primum principium probatio huius erit. Vel si quod est a nativitate usque in primum diem festi quod est minus a prehabito numero in una ebdomada preter tres dies. tot ebdomadas. quot digitos complete. et tot dies. quot iuncturas digiti inpleti a radice indicis usque in litteram dominicalem transisti adiunxeris. per idem principium idem proveniet. Venebis in radice indicis exclusive. Item ut scias numerum ebdomadarum et dierum infra penthecosten et nativitatem beati johannis baptiste. super. g. singula integras ebdomadas computabis. Sex super. g. indicis statuendo. Ita ut digitus quilibet ebdomadam. et iunctura quelibet a penthecoste precedente diminuat

unū diem. Juxta hūc ūsum. Mobil'
ebdo̅adas trahit a fixi. minuit.g.
¶ Ex hoc pꝫ. qꝺ .a. quodlibꝫ sex di
es. B quīqꝫ. C q̈tuor. D tres. E du
os. F unū ꝯtineat. ⁊ a sub .g. re
mouet septimanā. ⁊ ꝙ hic ordo cō
uertit' añ dc̄o. ⁊ hoc huiꝰ cām scꝺ̄
principio apꝓbāte. vel si tot ebdo̅a
das. quot digitos ꝯplete. ⁊ tot
dies quot uicturas digiti īcōple
ti a radice indicis exclusa. usqꝫ ī
sedē dn̄icalis lr̄e transisti. de sex
ebdo̅adis ⁊ tribꝰ diebꝰ subtraxis.
residuū quesita distantiā. uel q̄ sit
distātia. ꝑ tertiū principiū notā
mōstrati ¶ Sed ⁊ nūm ebdo̅adarꝫ
absqꝫ diebus a pēthecoste usqꝫ ad
aduentū dn̄i colliges isto modo.
Index ī singul' iūcturis usqꝫ in .b.
.29. notat ebdoadas. Post quam
a. eius' le. 28. cōtinet. ⁊ sic .a. cuīlꝫ
digiti unā deminuit ꝯtinter. vn̄
ūsus. viginti index dat. a tollit
qlibꝫ unā. vel quotiēs a īquirēdo die
festi pēthecostes tetigis. totiens de
.29. unā deminuas septimanā. Pꝛo
huiꝰ pꝫ ꝑ ultimū principiū huius
artis ¶ Explicat ꝯpotus manualis.

¶ Iste uꝰ docet qui articli transiliedi sic̄ ī mēsibꝰ positos in pari loco

¶ Tertiꝰ ⁊ sextꝰ quartꝰqꝫ. secundus. ⁊ inde
Tertius alter eos transilit articulos.
¶ Februarꝰ. aprilꝰ. iuniꝰ. augustus. ⁊ octo
Decemb'. nūm sibi qsqꝫ capit spālem
Ultā iūctura. Ja. mar. capit auricularis.
Ternā iuncturā capit eādē. Feb. aprilis
Ut mar. sūmū post ūguet. iuniꝰ inde
Juliꝰ ⁊ mediā sic augustus capit unā
September sil' octob' radicē pollicis optā
Indicis ac alt' capiat iūctura noue de

Incipit theorica planetarum et primo de sole.

Circulus eccentricus vel egresse cuspidis vel egredientis centri dicitur qui non habet centrum cum mundo. Pars eccentrici circuli que maxime removetur a centro mundi dicitur aux vel longitudo longior. Et pars que maxime accedit ad ipsum dicitur oppositum augis vel longitudo propior. Duo loca circuli que sunt in medio inter augem et oppositum augis dicuntur longitudines medie. Movetur autem sol proprio motu ab occidente in orientem in suo circulo eccentrico 59 minuta et 8 secunda equaliter scilicet. Quare oportet ut moveatur in orbe signorum inequaliter. Mundus vero rotatur ab oriente in occidentem equaliter. Medius motus solis dicitur arcus zodiaci interiacens vel cadens inter lineam exeuntem a centro terre ad locum arietis et lineam exeuntem ab eodem centro ad firmamentum. Lineam dico equedistantem linee exeunti a centro eccentrici per centrum corporis solis. Verus motus solis dicitur arcus zodiaci interiacens vel cadens inter caput arietis et lineam exeuntem a centro terre per centrum solis. Equatio solis dicitur arcus zodiaci cadens vel interceptus inter medium motum et verum motum. Que equatio nulla est sole existente in auge vel in opposito augis. Existente autem in longitudinibus mediis maxima est equatio. Argumentum solis dicitur arcus zodiaci cadens inter augem et lineam terminantem medium motum. Aux solis in signis dicitur arcus zodiaci cadens inter caput arietis et lineam que transit per augem eccentrici. In una autem medietate celi maior est medius motus quam verus, scilicet in vi signis, quare tunc est equatio subtrahenda. Et in alia minor, quare tunc est equatio addenda. Invenire autem medium motum solis est invenire quendam arcum zodiaci qui se habet ad zodiacum quemadmodum arcus eccentrici pertransitus a sole se habet ad eccentricum. Et hoc invenitur per lineam equidistantem. Sicut apparet in subiecta figura.

a [illegible] augis. augea. absis. [illegible] synonima. [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contrario. absis [illegible] loco [illegible] [illegible] augi opposito. [illegible] [illegible] et cuspis sunt nomina synonima. [illegible] [illegible] augis synonima [illegible] augeant absis. [illegible] cum puncto cuspis [illegible] [illegible]

Capitulum secundum. De theorica circulorum et motuum lune.

